5 ca idē. ¶ P. sicut penitētia est remediū cōtra
peccatū adultoz. ita baptismꝰ ꝯtra peccatum
paruuloz. sz nullus statꝰ adultoz excludit a
remedio penitentie. ergo a remedio baptismi
6 nullꝰ statꝰ puuloz debet excludi. ¶ P. nō mi
nus diuina puidētia subuenit homini q̄z tū
ad vitā spiritualē. q̄z q̄ntū ad vitā corporalē.
sed mediāte matre possunt paruulo existenti
in vtero ministrari necessaria quo ad vitā cor
poralē. ergo zc. ¶ P. si mlier pregnās manu/
7 mittit. hoc est libertati donat z a seruitute libe
ratur. tūc fm leges ciuiles puer liber nascit. er
go si mater a seruitute peccati per gratiā diui/
nā in baptismo liberat. puer liber a peccato na
scetur. Cōsequētia patz. qz fauorabilioz est li
bertas spūalis libertate corpali. z etiā clemen
tioz est lex diuina q̄z quecunq̄z lex humana.

¶ Ad primū dicendū q̄ apostolꝰ loquit ibi Solutio.
mystice. Sz fm dyonisiū mystica theologia Ad. 1.
nō est disputatiua. ¶ Etiā potest dici q̄ p ra
dice apostolꝰ intelligit rectā intentōē. per ra/
mos intelligi debēt cogitatōnes locutōnes z
operatōes. que omnia sancta esse dicunt si intē
tio sancta est. sicut patet ex glosa sup illo ꝗ̄ tu
euāgeliū. si oculꝰ tuꝰ simplex fuerit: totū corpꝰ
tuū lucidū erit ¶ Ad secundū dicendū q̄ pu Ad. 2.
er inficit in vtero peccato ade. z q̄ nō mundat
gratia baptismali loquēdo de baptismo flu/
minis. hoc nō est p tanto q̄ peccatū sit maio
ris efficacie q̄z gratia. sz p tanto q̄ instrumen
tū peccati ade puta ipa infecta caro i vtero at
tingit animā rationalē qua hmōi caro infor/
mat. sz ablutio seu sacramentū baptismi flu/
minis qd̄ est instrumentū quo grā baptisma
lis trāsfundit. nō pt attingere paruulū q̄diu
manet in vtero. ¶ Ad terciū dicendū q̄ licet Ad. 3.
deus q̄z tū est ex pte sui. pnioz sit ad miserēdū
q̄z ad ꝯdemnandū. tm q̄z diu paruulꝰ est i vte
ro nō est ita attingibilis ab instrumēto reme
dij. sic ab instrumēto morbi. ¶ Ad quartū Ad. 4.
nego ꝯsequentiā. Ad pbationē dicendū q̄ li
cet opposita apta nata sint fieri circa idem. tm
q̄n q̄z vnū oppositoz determinate respicit suū
subiectū. ita q̄ alteoz nō pt inesse tali subiecto
fm cōmunē cursuz. z h̄ vl' p semp vt calor re/
spicit ignē. vl' p tpe determinato sicut nō vi/
dere respicit canē ante nonū diē. nā fm natu/
ram videre nō pt cōpetere cani ante nonū diē.
Et isto sēdo modo culpa determinate respicit
aiaz puuli. q̄z diu manet i vtero. ita q̄ nō libe/
rat ab ea fm cursuz cōmunē. Et appello hic
cursuz cōmunē remediū a deo institutū p ba
ptismū fluminis. Et sic videm⁹ q̄ i naturali/
bus q̄n q̄z fit aliq̄d p potētiā dei pter cursū cō
munē. posset em canis p potentiā dei omī tpe
videre. sic etiā per singularē clementiā dei z ex
pūilegio spēali pt puulꝰ in vtero adhuc ma/
nens a peccato toraliter mūdari. z spūsanci
flamine copiose sanctificari ¶ Ad quintū di Ad. 5.
cendū q̄ minoz nō est vera. qz posito q̄ aliq̄s
existēs in peccato mortali ex antiq̄tate vl' quo
cūq̄z alio euētu. toraliter p deret vsū rōnis. tal'
hō p illo statu toraliter excluderet a penitētia
¶ Ad septū dicendū q̄ q̄z puuls sbuenia Ad. 6.
tur p matrē quo ad vitā corporalē. tamē h̄ nō
potest fieri quo ad vitā spiritualē. qz puer in
vtero ꝯiunctꝰ est matri quo ad corpꝰ. sz nō q̄
ad animā. Nec tamē ex hoc sequit q̄ deꝰ mi/
nus puiderit paruulo q̄ ad vitā spūalez q̄z q̄
ad corporalē. qz dato q̄ puer morere i vtero

matris. adhuc ala sua haberet magis delectabilez vitā q̄z aliq̄s homo in isto mūdo posset habere q̄z tū ad vitā corporalē. Si aūt supuixerit donec nascat ex vtero. tūc poterit baptizari ⁊ ꝛsequi vitā eternā. ¶ Ad septimū dicēdū q̄ puer fm corp⁹ dependet a matre ⁊ ñ fm animā. ⁊ ideo q̄z uis fm libertatē corpalē sequtur matrē. tamē nō sequitur eā fm libertatem spūalem. ¶ Ex his igit patet quantū ad pnncipale quesitū q̄ puer in vtero baptizata matre nullū recipit characterē. Quia q̄ non recipit characterē baptismalē nullū characterez potest recipe. sz puer in vtero nō recipit characterē baptismalē. ergo nullū recipit characterem. Maior patet. q̄z character baptismalis est fundamentū ceterorz characterz. q̄ ipo nō recepto alij recipi nō possunt. Minor etiam patet ex p̄dictis. ¶ Ad argumentū principale dicendū q̄ licet puer in vtero q̄z ꝛsiuncrus est matri corpaliter aliq̄ modo dicat ꝑs ei⁹. tamē q̄z suppositaliter est distinct⁹ a mre. vt sic nō est ꝑs matris ¶ Etiā fm animā nō est ꝛsiunct⁹ mri. ⁊ ideo nō est necesse vt illa cōueniāt puulo q̄ mri ꝛsuenūt fm animā.

Ad. 7.

Ad principale q̄stū. Ratio.

Ad principale argu.

¶ Distinctio septima.

Nunc d̄ sacramento ꝛsfirmatōis.

Postq̄z magister determinauit d̄ sacramēto baptismi. hic determinat d̄ sacramēto ꝛsfirmationis. ⁊ diuidit in duas ꝑtes. q̄z ꝑmo tractat de ꝛsfirmatōis sacramēto. Secūdo de ei⁹ vsu ꝛsgruo ⁊ idoneo. ibi. Hoc sacramentū tantuz a ieiunis. Prima ī duas. q̄z ꝑmo ostēdit istius sacramēti perfectionē ex causaz suaz assignationē. Secūdo facit hoc idē ex sim ad baptismū compatōne. ibi. Scitote vtrūq̄z esse. Prima in q̄tuor. Nā ꝑmo tangit istī⁹ sacramenti causaz formalē. Secūdo materialem. Tercio efficiētē mīnisterialē. Et quarto finalē. Secūda ibi. Cū baptizatos in frontibus Tercia ibi. Qd sacramētū. Quarta ibi. Virtus ꝯo hmōi. ¶ Sequit illa ꝑs. Hoc sacramentū. Et diuidit in duas. Quia ꝑmo ostēdit qualiter se debēt habere illi quibz ⁊ a q̄bus sacramentū ꝛsfirmatōis debet dari. Secūdo ostēdit q̄ istud sacrm nō debet iterari. Secda ibi. Nec debet iterari. ¶ Hic ergo quero.

Vtrū sacramēto ꝛsfirmatōis ꝛferat gra ipi ꝛsfirmato. ¶ Et videt q̄ non Quia aut illa gra ess alia ab ea que ꝛfert in baptismo. aut eadē cū illa Nō ꝑt esse alia. q̄z tūc duo accidētia solo numero differētia essent simul ī eodē subiecto. Nec ꝑt esse eadē. q̄z aut esset eadē fm eundē gradū. aut esset eadē fm gradū intensiorē. Non primū. q̄z sicq̄d genitū est itez generari nō ꝑt. sic q̄d collatū est amplī⁹ ꝛferri nō ꝑt. Nec secūdo modo q̄z in forma simplici inherēte subiecto simplici nō possunt diuersi grad⁹ dari. sz gra est forma simplex ⁊ inheret sbiecto simplici. s. essentie ipsi⁹ aie. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. in quolibet sacramēto noue legis rite suscepto ⁊ ministrato ꝛfert gra. vt patet ex dictis sanctorz adductis p mgrm dist. 1. sz ꝛsfirmatio est sacramentuz noue legis. ergo ⁊c. ¶ Dic q̄tuor sunt videda. ¶ Primo de eo qd q̄rit. ¶ Secūdo vtrū sacramēto ꝛsfirmatōnis imprimat character ipi ꝛsfirmato ¶ Tercio q̄s sit idone⁹ minister isti⁹ sacramēti. ¶ Quarto videndū est de necessitate isti⁹ sacramēti. s. vtz ei⁹ susceptio sit necessaria ad salutē.

Quantū ad primū

Articulus primus.

primo pono duas ꝛclusiones. Deinde moueo vnū dubiū ortū habens ex illis ꝛclusionibus. ¶ Prima ꝛclusio est. q̄ gratia gratūfaciens ꝛfert in ꝛsfirmatōne. Quia cuicūq̄z dat spūssanct⁹ illi dat gra gratūfaciēs. sz ordinate suscipienti sacramentū ꝛsfirmatōis dat spiritussanct⁹. Maior patet ex dictis in ꝑmo libro dist. xiij. arti. iij. ꝛclusione secūda. sz minor habet p rabanū q̄ dicit sic. Per impositionē manuū summi sacerdotz spūssanct⁹ tradit baptizato. ¶ P. null⁹ ꝛsfirmat in bono nisi p gratiā qua est grat⁹ deo. sz p istud sacramētū cōfirmat homo in bono. Propter h̄ cm dicit sacramentū ꝛsfirmatōis. Vñ etiā ait mgr. q̄ gra ꝛsfirmatōnis est cōpletiua ⁊ cōfirmatiua gre baptismalis. q̄ ⁊c. ¶ Forte dicet q̄ illo sacramēto nō ꝛfert gra gratūfaciens sine q̄ vere habet esse gratū. sz baptizat⁹ sine fictōe vere ē grat⁹ puulq̄z cōfirmet. q̄ ⁊c. ¶ P. aliq̄s exñs in mortali pcto libere ⁊ audacter ꝛfitet fidem xpi. q̄ ꝛsfirmatio nō ꝛfert gra gratūfacientez Ñcedēs patet. Probatō ꝛseqntie. q̄z sacrm cōfirmatōis ad h̄ dat vt aliq̄s bñ ⁊ audacter psumat fidē xpi ꝛsfiteri. ¶ Ad primū dicēdū q̄ maior nō est vera. q̄z q̄z uis ei qui habet esse gratū nō det gra qua fiat de nō grato gratus. tamē ꝑt ei dari quo fiat de grato magis grat⁹. ¶ Ad secundū dicendū q̄ ꝛsequtia nō valet. Ad pbationē dicēdū q̄ sacrm ꝛsfirmatōis

Conclusio prima 1

Instantia 1

2

Solutio. Ad. 1.

Ad. 2.

nō dat ad ꝓfitendū qualiter cūq;. sed dat ad ꝓfitendū vtiliter ⁊ salubriter. ¶ Nūc aūt ita est ꝙ licet aliq̄s existēs in peccato mortali fidem q̄nq; audacter ꝓfiteat. tm̄ hoc non facit cū ita bona fiducia. nec ita salubriter ⁊ meritorie seu vtiliter. sicut si esset sine peccato. ¶ Secūda ꝓclusio est ꝙ gratia gratūfaciēs data in cōfirmatōne nō est alia p essentiā a grā data in baptismo. Quia sicut se habet charitas ꝓfirmati ad charitatē baptizati. sic ⁊ grā ad gratiā. loquēdo de gratia gratūfaciēte. sz charitas cōfirmati nō est alia p essentiā a charitate baptizati. ergo ⁊c. Maior patet. qz sicut charitas dat esse charē. sic grā dat esse gratū. ⁊ sicut charitas est forma suscipiēs magis ⁊ pt augeri. sic ⁊ grā. Minor patet ex his q̄ dixi libro ꝑmo dist. xvij. vbi declarau ꝙ in omnib̄ formis intensionē suscipientib̄ eadē est essentia formē intēse ⁊ remisse. ¶ P. eadē est grā ꝑueniens ⁊ subsequēs. ḡ eadē p essentiā est grā baptismi ⁊ ꝓfirmatōnis. Antecedēs ponit magr̄ lib. ij. dist. xxvi. Cōsequētia patet. qz grā ꝓfirmatōnis sequit gratiā baptismi. ¶ Sz ꝓtra istud est quedā opinio q̄ ponit ꝙ grā q̄ dat i baptismo. ⁊ grā q̄ dat in ꝓfirmatōe. est essentialiter alia ⁊ alia gratia. Quia virtutes ⁊ dona essentialiter differūt. ergo grā baptismi ⁊ grā cōfirmationis essentialiter differūt. Antecedēs patet. Probat ꝓsequētia. qz grā baptismalis est causa virtutū. ⁊ gratia ꝓfirmatōnis est causa donorē. ¶ P. sicut morbi distinguunt. sic medicine morborē debēt esse distincte. sed morbi peccati mortalis cui⁹ medicina est grā baptismi est essentialiter distinct⁹ a morbo pusillanimitatis cui⁹ medicina est grā ꝓfirmatōis. Maior patet. qz sicut ait Cassiodor⁹. varius poscit remediū diuersa q̄litas passionū. nō eī idē sanat oculū ⁊ calcaneū. ¶ P. quecūq; sic se habēt ꝙ vnū p̄cedit alterē tpe ⁊ natura. illa necessario differūt essentialiter. sz grā baptismi natura ⁊ tpe p̄cedit grāz ꝓfirmatōis. ḡ ⁊c. ¶ P. si dareť eadē grā in ꝓfirmatōe ⁊ nō alia q̄z illa q̄ data est i baptismo. tūc frustra cōfirmareť hō. ¶ P. signa debēt esse ꝓformia suis sig̃tis. sz baptismus ⁊ ꝓfirmatio q̄ sunt signa gratiarē datarē baptizato ⁊ ꝓfirmato differūt essentialiť. Maior patet. Probat minor. qz differūt in materia ⁊ in forma. qz materia baptismi est aq̄. ⁊ forma. ego baptizo te ⁊c. materia vero ꝓfirmatōis est chrisma. forma: signo te signo crucis. cōfirmo te chrismate salutis. ¶ Alij ponūt ꝙ nou⁹ grad⁹ essentie ipius grē supuenit in ipa ꝓfirmatōne. q̄ tm̄ facit cū grā baptismali vnā integrā essentiā. Hāc aūt opinionē ⁊ plēs alias cū suis motiuis recitaui ⁊ i suo sil'i impugnaui lib. i. dist. xvij. ideo d̄ his nihil ad p̄sens. ¶ Ad primū ḡ prime opinionis dicēdū ꝙ ꝓseqntia nō valet. Ad pbatōez dicēdū ꝙ nō est necesse tantā diuersitatē dare i causis sicut i causat'. idē em̄ calor numero pt simil' causare liq̄factionē ⁊ molliciē i cera. ⁊ exiccationē ⁊ duriciē i terra. ¶ Ad secūdū nego maiorē. qz q̄uis q̄nq; sit realis distinctio ⁊ essentialis i morbis ⁊ morborē curatōib̄. tm̄ in medicina ñ est distinctio essential' sz solū modalis. Una em̄ ⁊ eadem medicina alio ⁊ alio modo accepta diuersos curat languores. Ad pbatōes dicendū ꝙ in vtraq; pbatōe est fallacia ꝓsequētis. puta varū. ḡ varū p essentiā nō sequit. qz m'ti alij possunt esse modi varietatis ꝑter modū varietat'; i essentia. Et sil'r nō sequit. nō idē. ḡ nō idē p essentiā. qz q̄t modis dicit vnū oppositorē tot modis dicit ⁊ alterē. ergo sicut sunt m'ti modi identitatis ꝑter illū modū q̄ aliq̄ sunt idē p essentiā in essentia. sic sunt multi modi nō identitatis ꝑter illuz modū q̄ aliqua sunt nō idē in essentia. ¶ Ad terciū z nego maiorē. qz forma remissa p̄cedit seipam tpe ⁊ natura vt efficit ſb esse intenso. ⁊ tm̄ ꝓpter h̄ nō differt essentialiter a seipa. ¶ P. fundamentū tpe ⁊ natura q̄nq; p̄cedit relatō nē quā fundat. ⁊ tm̄ fm cōmunior̄ opinionē relatio compata ad fundamentū non differt realiter a fundamēto. ¶ Ad quartū nego cōsequentiā. licet em̄ det eadē fm essentiā. dat tm̄ alia fm esse ⁊ sz modū essendi. qz intēsior erit ⁊ pfectior. etiā aliū effectū habebit in ꝓfirmato ꝓpter suū pfectionē quē nō habuit i baptizato. puta facit eū fortē ⁊ ꝓfidentē. ꝓpter qd̄ non dat frustra. Et qz isti effect⁹ grē sacralis q̄nq; appellant grā. q̄ quidē effect⁹ sunt essentialiter diuersi fm diuersa sacra. hinc ē ꝙ aliq̄ antiq̄ doctores dicebāt ꝙ alia ⁊ alia grā per essentiaz dat in alio ⁊ alio sacro. ¶ Ad quintū dicendū ꝙ ad veritatē signi sufficit aliqlis ꝓformitas ad signatum. ⁊ nō est necesse ponere omnē modū ꝓformitatis. Tm̄ signa essentialiter distincta possunt significare idem fm essentiā. differēs fm esse ⁊ habēs diuersos effect⁹ essentialiter distinctos. ⁊ hoc maxime cū talia signa sunt signa illi⁹ i ordine ad illos diuīsos effect⁹. Sic eī ꝓposito. Nā baptism⁹ ē signū grē i ordie ad remissionē culpe. sz cōfirmatō ē signū grē i ordie ad r̄missionē pene. puta ad remissionē pusillanimitat'; q̄ n ē culpa. sz pena ex culpa derelicta. ¶ Ex his p̄missis me

Cōclusio secūda.

Oplo contraria.

Forma cōfirmatōis.

Alia opio

Solutio.

Ad.1.

Ad.2.

Ad.3.

Ad.4.

Ad.5.

Dubium.

rito pt dubitari. vtrũ gra data ĩ ꝛfirmatõe sit dignior seu pfectior ea gra q̃ dat ĩ baptismo. Et quelibet pars ꝛtradictois isti⁹ quesiti habet suos defensores. ¶ Arguũt em quidã pro gratia cõfirmatõis ꝙ sit pfectior. ⁊ hꝰ sic. Gra ordinata ad excellẽtiores effect⁹ est excellentiores effect⁹ q̃ gra baptismi. Maior patz. Probat minor. qr effect⁹ gratie cõfirmatõis ẽ esse ꝛfirmatũ ĩ iusticia. ⁊ fidẽ publice ꝛfiteri mortis periculo nõ obstãte. Sz effect⁹ gre baptismalis est esse iustificatũ: ⁊ articulos fidei credere. Sz esse firmũ in iusticia ⁊ fidẽ publice ꝛfiteri est excellenti⁹ q̃ esse iustũ ⁊ simpliciter credere. ¶ P. gratia illi⁹ sacramẽti est excellẽtior cui⁹ dispensatio dignioribꝫ ministris est cõmissa. sz dispensatio ꝛfirmatõis est cõmissa epis. baptismi vero pbiteris ⁊ ĩ necessitate omnibꝫ hominibꝫ. ergo ⁊c. ¶ P. isti⁹ intentionis vt dicũt videt fuisse raban⁹. q̃ ait. In baptismo spũsanct⁹ descẽdit ad habitatõez deo ꝛsecrandã. in ꝛfirmatõe vero eiusdẽ septiformis gra cũ omni plenitudine sanctitatis ⁊ virtutis venit in hoiez ¶ Ecõtra quidã arguũt ꝙ gra baptismali sic. Illa gra q̃ dat cõtra peccatũ originale ⁊ ꝛtra omnes ei⁹ seqlas est excellentior q̃ illa que dat ꝛtra vnã sequelã tm. sz gratia baptismalis dat ⁊c. ⁊ gratia ꝛfirmatõnis cõtra pusillanimitatẽ tm. ergo ⁊c. ¶ P. gratia q̃ facit amicuz de inimico est efficacior q̃ illa que de amico iã facto facit magis amicũ. sz gratia baptismalis facit amicũ de inimico. ⁊ gratia cõfirmatõis facit ⁊c ¶ P. gratia q̃ morientẽ ĩmediate facit ad beatitudinẽ euolare ⁊ aperit portas celi est excellẽtior ea q̃ hoc nõ facit. sz si baptizat⁹ moreret statim iret ad celũ. ⁊ nõ ꝛfirmat⁹. ergo ⁊c. ¶ Pro ꝛcordantia igit isto⁊ est aduertendũ ꝙ gratia ꝛfirmationis pt dupliciter cõsiderari. ¶ Uno modo put icludit gratiã baptismalẽ. puta si vn⁹ homo hodie baptizat⁹ retẽta gra baptismali illesa statim postea cõfirmat. ⁊ sic gra ꝛfirmationis est excellẽtior q̃ sola gra baptismalis. Quia loquẽdo de his que sunt de genere bonorũ semp includẽs perfecti⁹ est incluso. sz illo casu posito tũc gra cõfirmatõis includeret gratiã baptismalẽ. sicut forma intẽsa includit formã remissaz quã psupponit. ergo ⁊c. Maior patet. qr qd in pfectõe est tantũdem ⁊ ampli⁹. hoc est in perfectõe mai⁹. sz pfectio includens respectu inclusi dicit tantũdẽ ⁊ ampli⁹. Minor de se patet. ¶ Alio modo pt ꝛsiderari gra cõfirmatõnis vt pscindit a gra baptismali. puta accipiendo pcise gradũ illã quem addit ipa confirmatio. sic gratia baptismalis videt esse pfectior. Qz pcise loqndo virt⁹ que a morte viuificat est efficacior illa q̃ viuũ cõfortat. sz gra baptismalis mortuũ p pctm viuificat. quẽ postea gra cõfirmatõis supueniens ĩ vita ꝛfortat. q̃ ⁊c. ¶ Et sic ꝑmo mõ pcedũt rões ꝑme ptis. secdo mõ rões alteri⁹ ptis.

Pro vna parte. 1 2 3

Pro oppõsita parte. 1 2 3

Cõcordãtia.

Ratio.

Quantũ ad secũdũ

Articulus secund⁹

articulũ pono tres cõclusiones ¶ Prima est ꝙ in sacramẽto cõfirmatõis realis character imprimit. ¶ Et q̃uis ista cõclusio pbata sit q̃stione prima pcedente. tm adhuc pt sic luaderi. Quia in exercitu bene ordinato nõ solũ his q̃ sunt de exercitu dat signũ cõmune quo omis pariter distinguunt ab adũsariis ĩ ꝛtrario exercitu existẽtibꝫ. vez etiã ĩ eodẽ exercitu distinguunt milites a ppl'aribꝫ. ⁊ duces ab vtrisq̃. Sz exercit⁹ militãtis ecclie est bn ordinat⁹. q̃ existẽtes ꝺ hꝰ exercitu nõ solũ sunt signati charactere baptismi q̃ distinguunt ab aduersariis ⁊ a nõ baptizatis. vez etiã ad pugne militiã pelecti signãt charactere cõfirmationis. ⁊ duces exercit⁹. puta ordiati ⁊ magie sacerdotes signant charactere ordinis ¶ P. nõ solũ diuie clemẽtie vez etiã potẽtie ⁊ sapiẽtie debem⁹ cõformari seu cõfigurari. sz sic charactere baptismi cõfiguramur diuie clemẽtie sic charactere cõfirmatõis cõfiguramur diuine potẽtie. ⁊ charactere ordis diuie sapientie.

Cõclusio prima.

1

2

Instantia

¶ Forte dicet ꝙ pugna spũalis debz esse cõis omibꝫ fidelibꝫ. q̃ character cõfirmatõis q̃ ꝙ signat ad spũalem pugnã nõ erit distinctiu⁹ fidelis a fideli. nec p cõsequẽs differt a charactere baptismi q̃ ẽ cõis oibꝫ fidelibꝫ ¶ Rndeo ꝙ spũalis pugna q̃ ad psens dupliciter pt accipi. Uno mõ put pugnare debem⁹ ꝺ oia q̃ nos inducunt ad vicia seu pcta. Alio mõ put pugnare debem⁹ spẽaliter ꝺ eos q̃ fideles conant seducere false fidei psuasione: ⁊ de fidei impugnatõne. Et isto secdo mõ signat fidel'ad pugnã spũalẽ charactere cõfirmatõis. Instãtia aũt pcedit de ꝑmo mõ pugnãdi. iõ ñ est ad ꝙ positũ.

Solutio

¶ Cõclusio secda ẽ ꝙ character q̃ ĩ ꝛfirmatõe recipit sbiectiue hz esse ĩ volũtate put volũtas ꝟtualit cõprehẽdit pfectõez ꝟtutis trascibil'. Quia cui⁹ ẽ potẽtia ei⁹ ẽ ⁊ act⁹ ⁊ ecõuerso. vt dr ꝑmo de somno ⁊ vigilia. sz character ꝛfirmatõis est q̃dã potẽtia seu prãs ordinata ad actũ bellãdi ꝛtra aduersarios catholice fidei. q̃ quidẽ act⁹ cõpetit ꝙ ꝓprie voluntati

Cõclusio secũda.

Ratio.

Instantia 1

fm q virtualiter cōprehēdit virtutē irascibilē. ideo ꝛc. ¶ Forte dicet q sicut se habet habitus naturalis ad habitū supnaturalē. sic potentia naturalis ad potentiā supnaturalē. sz habit⁹ naturalis nō est subiectū habit⁹ supnaturalis. g potētia naturalis nō erit subiectū potētie supnaturalis. nec p ꝯseqns character ꝯfirmatōis q̄ est quedā potētia supnaturalis poterit subiectiue fundari in volūtate q̄ est potentia aīe naturalis. ¶ P. ppriū est potentie imediate fundari in essentia. g character ꝯfirmatōis sbiectiue erit in essentia aīe. ꝛ nō i voluntate. Cōsequētia patet. qz character ꝯfirmatōis est quedā potētia. ¶ Ad primū dicēdū q nō est simile de habitu naturali ꝛ de potentia naturali. qz habit⁹ ppie loquēdo nulli⁹ pt esse subiectū. sz potētie naturali nō repugnat esse subiectū. ꝛ ideo q̄ꝫnis habit⁹ supnaturalis nō possit subiectiue fundari in habitu naturali. tm̄ potētia supnaturalis pt subiectiue esse i potētia naturali ¶ Ad secundū dicendū q licet maior sit vera loquēdo de potentia naturali. tm̄ nō est vera loquēdo de potentia supnaturali. ¶ Sicut aūt hic pbatū est characterē cōfirmatōis esse subiectiue in potentia volitiua. sic sili ratōne pt pbari characterē ordinis esse subiectiue i potētia intellectiua. qz character ordinis dat homini p fidelium multiplicatōē p doctrinā sanā. sz act⁹ doctrine cōpetit homini fm intellectū. g character ordinis q̄ est quedā ptās homini collata p hmōi doctrīe exercitio debet esse i intellectu ¶ Tercia cōclusio est q quilibet istoꝝ characteꝝ suo subiecto indelibiliter inest. puta character baptismi essentie aīe. character ꝯfirmationis volūtati. ꝛ character ordīs intellectui. Quia si character deleret. vl' h̄ fieret destructione subiecti. vl' approximatōe cōtrarij. vl' sbtractōe sui effectiui principij. Non p̄mo modo. qz tā essentia aīe. q̄ potētie. s. volūtas ꝛ intellect⁹ q̄ sunt subiecta characteꝝ sunt simpliciter incorruptibilia. Nec secundo modo. qz tale cōtrariū vl' esset culpa. ꝛ h̄ nō. qz tūc malus sacerdos pderet characterē ordinis. ꝛ per cōsequēs esset reordinand⁹. ꝛ mal⁹ xpian⁹ esz rebaptizand⁹. vl' ignorātia. ꝛ h̄ nō. qz tūc paruli cū sint ignorātes nō reciperēt characterē Nec tercio modo. qz de⁹ nullū bonū spūale destruit in nobis nisi in quātū tale bonū est incōpossibile cū culpa vel ignorātia. sz vt iā patuit ipe character non habet repugnantiā ad culpā nec ad ignorantiā. ¶ P. sicut in pfectione matrimonij cōtrahit vinculū indissolubile. sic in pdictis triby sacramētis in q̄by xpi anus singulariter deo sponsat impримit signū indelibile ¶ Forte cōtrā istud dicet q character bestie ñ potest siml' stare cū characterē sacramenti. sed multi sunt signati characterē bestie. vt patet apoc. xiij. g ꝛc. ¶ P. quicq̄d subest humane volūtati hoc est variabile. sz character subest humane volūtati. qz recipit voluntarie ¶ P. si character esset indelibilis. vl' h̄ esset rōne efficiētis a q̄ pducit. vel rōne sbiecti in quo recipit. Nō primū. qz deus pducit charitatē ꝛ gratiā que tamē delent ab ipo peccatore. Nec ratōne secūdi. qz tūc omia q̄ recipiunt in aīa rationali essent inuariabilia ¶ P. character aliq̄ modo habilitat ad gratiā. sed in dānato nulla manet habilitas ad gratiā. g saltē a dānatis ablebit ipe character ¶ Ad primū dicēdū q maior nō est vera. qz character bestie est mortale peccatū cū aliquali obstinatione qua aīa qdāmodo disponit ad quādā perpetuitatē. sz vt iā dictū est p nullū mortale peccatū deleꝯ sacramentalis character. ¶ Ad secundū dicendū q licet passiue character voluntarie recipiat. tamē actiue ñ dependet character ab hūana volūtate Nec etiā aliq̄s act⁹ hūane volūtatis habet formalē repugnantiaz ad characterē. iō deletio characteris nō subest hūane volūtati ¶ Ad terciū dicendū q diuisio est insufficiēs. qz p tāto character est indelibilis. qz nullā repugnantiā patit in suo subiecto nō obstāribу quibuscūqz actibу hūanis variābу humanā voluntatē. ¶ Ad quartū dicendū q licet character habiliter ad gratiā hoiez existentē i via. tm̄ nō habilitat existentē extra viā ¶ Forte dices ad q̄d g manet character i ipo dānato ¶ Dico q manet ad maiorē cōfusionē dānati vt in ppetuū appareat q q̄ꝫnis de⁹ inter oues suas ipm signauerit. ipse tm̄ ppter suā malicīā a dñico ouili recessit ꝛ hmōi signationē inutilē sibi fecit.

De chara/ctere ordīs

Tercia cō/clusio.

Instantia 1

2

3

4

Solutio Ad.1.

Ad.2.

Ad.3.

Ad.4.

Interroga tio.

Respōsio.

Quantū ad terciuz

Articulus tercius.

articulū pono duas ꝯclusiones. ¶ Prima ē q fm cursum cōmunē nō q̄libet sacerdos sed solⁿ eps debet cōferre sacramentū cōfirmatōis Quia qd̄ in primitiua ecclia solū licuit aplis h̄ modo solū licet epis. Qz sicut simplices p̄sbiteri sunt successores. lxij. discipl'oꝝ. sic epi sunt successores ipoꝝ apl'oꝝ. vt patet in decretis dist. xxi. c. in nouo. Sz i primitiua ecclia soli apostoli dabāt sacramentū cōfirmatōis qz vt patet i actibу apl'oꝝ. philipp⁹ dyacon⁹

Ratio.

nõ ꝓfirmabat eos quos baptizabat. ſz reliq̃t eos aplis ꝓfirmãdos ¶ Secũda ꝛclusio est q̃ de priuilegio ⁊ dispensatõe singulari sum⁹ pontifex pt simplici sacerdoti dare autoritatẽ ꝓferẽdi sacramentũ ꝓfirmatõis. Q: autoritate pape sacerdoti pt cõmitti autoritas ꝓferendi ordines. ergo ⁊ ꝓfirmãdi. Antecedẽs patz q: sacerdos cardinalis potest ꝓferre minores ordines. Patet etiã ꝓsequẽtia. q: cui potest cõmitti maiꝰ eidẽ potest cõmitti etiã minus. ſz maius ⁊ excellentiꝰ esse videt ꝓferre ordinẽ q̃z cõfirmare. ¶ P. de facto papa grego. autoritatẽ ꝓfirmandi simplicibꝫ sacerdotibꝫ ꝛtulit sicut patet de ꝓse. dist. v. pueri. vbi gregoriꝰ papa ianuario epo sic scribit. Peruẽit ad nos quosdã lcãdalizatos fuisse q̃ pſbiteros tãgere eos chrismate q̃ baptizati sunt, phibuimꝰ. Et sequit ibidẽ. Si omino de hac re aliq̃ cõtristant. vbi epi dicunt vt pſbiteri baptizatos etiã tangere chrismate in frontibꝫ debãt ꝓcedum⁹. ¶ Sz ad istã autoritatẽ dicũt quidaz q̃ isti sacerdotes autoritate pape nõ ꝓferebãt sacrm ꝓfirmatõis. ſz solũ dabãt aliq̃d sacrãle sicut q̃nq̃z alicui dat panis benedictꝰ p eucharistia. ¶ Sz istud nõ valet. q: papa gregograuiter peccasset si hmõi simulatõez ⁊ decepticnẽ populi admisisset. Valde em dãnabilis fuisset illa deceptõ. Nã hoies credidissent se recipe sacramentũ ꝓfirmatõis ⁊ nõ recepissent. ¶ Et ideo alij dixerũt q̃ tanta est autoritas pape. q̃ vnicuiq̃ homini papa pt dare potestatẽ ꝓferendi illud q̃d habet. puta si hõ est ꝓfirmatꝰ. tunc autoritate pape potest aliũ ꝓfirmare. si est sacerdos potest autoritate pape ordinẽ sacerdotij alteri dare. si dyaconꝰ pt ordinẽ dyaconij ꝓferre. ſz nõ ordinẽ sacerdotij. q: eoipo q̃ illũ nõ habet nõ potest eũ alteri dare etiã autoritate pape. ¶ Sed nec istud valet. ⁊ est ꝛtra dicta sanctoꝝ doctoꝝ qui ponunt q̃ sacer ordo non potest dari nisi ab epo. nec ꝓfirmatio pt dari a laico quãuiscũq̃z ꝓfirmato. ¶ Forte dicet q̃ vnũq̃d q̃z potest agere fm formam quã habet. q: vnũq̃d q̃z agit fm q̃ est in actu. ſz laicus cõfirmatꝰ habet characterẽ ꝓfirmationis. ergo potest agere fm hmõi characterẽ ⁊ p ꝓsequens pducere sibi simile. ¶ Rndeo q̃ ad hoc vt aliquis possit ꝓfirmare necesse ẽ vt habeat talẽ characterẽ quo characterem ipse cõstituit minister ecclesie. sed p characterem cõfirmationis nõ constituit quis minister ecclesie. ergo quãuis aliq̃s sit in actu fm characterem cõfirmatõis nõ habens characterẽ ordinis quo ꝓstituit minister ecclie. nõ poterit alteri characterẽ ꝓfirmatõis ꝓferre.

Cõclusio secũda.

1

2

Instantia

Cõtra.

Dictũ aliorum.

Contra.

Instantia

Solutio

Quãtũ ad quartuz articulũ pono duas ꝓclusiones.

¶ Prima ẽ q̃ suscepticio istius sacramẽti nõ est absolute ⁊ simpliciter loquẽdo necessaria ad salutẽ. Q: illud sine quo pt quiꝫ saluari. hoc simpliciter loquẽdo nõ est necessariũ ad salutẽ. ſz nõ ꝓfirmatus potest saluari. iuxta illud Mar. vlti. Qui crediderit ⁊ baptizatꝰ fuerit hic saluus erit. ¶ P. omis decedens in gratia dei saluat. ſz imediate decedẽs post baptismũ decedit in gratia dei. vt patet ex pcedentibꝫ. q̃ ꝛc. ¶ Forte dicet q̃ nullus potest saluari nisi sit plene christianꝰ. ſz sine sacramẽto ꝓfirmatõnis nõ est aliquis plene christianꝰ. q̃d patet de ꝓse. dist. v. vbi dicit. Omes fideles p manus impositionẽ epoꝝ post baptismũ spiritũ sanctuz suscipere debent. vt plem christiani inueniant.

¶ Ad tollendã istã instantiã pono p secũda ꝓclusione q̃ susceptio cõfirmatõnis homini adulto necessaria est ad salutem. suppositio q̃ plenariã habeat opozunitatẽ ipsam suscipiẽdi priusq̃z moriat. Quia nullꝰ ꝓtemnens sacramentũ potest saluari. sed habens plenaz ⁊ omnimodã opozunitatẽ suscipiendi ꝓfirmationem ⁊ non suscipit ac moriꝫ sine ea videt ꝓtemnere sacramentũ. ergo ꝛc. ¶ Et per hoc patet ad instantiã. quia ꝓtemnens nõ est plenus christianus. vt dicit in glosa extra d̃ sen. excõmunicatõnis. Decretũ autẽ allegatũ loquit de adultis sufficientẽ opozunitatẽ habẽtibꝫ suscipiendi istud sacramentũ. qui si morerentur sine eo. ratione contemptꝰ nõ essent pleni christiani. ¶ Ad argumentũ principale dicendũ q̃ gratia data in cõfirmatõne quãuis sit eadẽ fm essentiã cum gratia data i baptismo. tamẽ dupliciter differt ab ea. Primo quidẽ q: addit ad gratiã baptismi gradũ intensiozem. nõ quidẽ gradũ fm essentiã ſz fm esse. sicut dictũ ẽ de charitate libzo p̃mo. dist. xvij. Secũdo quia gratia ꝓfirmatõis aliquẽ habet effectũ quẽ non habet gratia baptismi. vt patet ex p̃dictis.

Articulus quartꝰ.

Cõclusio prima.

1

2

Instantia

Cõclusio secũda.

Ad principale argu.

¶ Distinctio octaua.

Post sacramẽtũ baptismi. Postq̃z magister determinauit d̃ duobꝫ sacris. s. de baptismo et confirmatione.

hic psequit de tercio. s. de eucharistia seu sacra cōmunione. Et diuidit in duas ptes. Quia primo determinat de isto sacro qtū ad ea q ipz integrāt et pficiūt. Secdo qtū ad eos qui ipz sumūt et ꝓficiūt. dist. ii. ibi. Et sicut due sunt Prima i duas. Qz primo mgr innuit dictorū cū dicēdis ꝓtinuatōez Secdo ponit dicēdoꝝ ordinē et distinctōez. ibi. Hic etiā ante alia. Prima i duas. Qz primo pmittit isti⁹ sacri dignitatē et efficaciā. Secdo ostēdit ei⁹ pcessisse multiplicē figurā. Secda ibi. Cui⁹ figura pcessit. ¶ Tūc sequit illa ps. Hic etiā aīī alia. Et diuidit i duas ptes. Qz primo pmittit qtuor hic esse dicēda. s. de isti⁹ sacri institutōne. forma. sacro: et re sacri. Secūdo prosequit de his. ibi. Sacrm dñs instituit. Et hec in tres Nā primo determinat de isti⁹ sacri institutōne Secdo de forma. Tercio simul de sacro et re sacramēti. Secūda ibi. Forma ꝯo est. Tercia ibi. Nūc qd ibi sit sacramentū. ¶ Circa istā distinctionē qro.

Vtrum eucharistia sit dignissimū sacramentū. ¶ Videt q nō. Qz qd ñ est sacrm h̄ nō est dignissimū sacrm. eucharistia nō est sacrm. vt videt. g ꝛc. Maior patet p locū a toto i modo ad suā ptē i modo negatiue. Minor pbat. qz qd nō est vnū sacrm h̄ nō est sacrm. sz eucharistia nō ē vnū sacrm. g ꝛc. Maior patz. qz p idē est aliquid ens et vnū ens. vt dicit. iiij. metha. Et eadem ratio est hoīs et vni⁹ hoīs. vt dicit. i. elenchoꝝ Minor etiā patet. qz vnitas rei vl est ex vnitate materie. vl ex vnitate forme. sz in eucharistia est duplex materia. s. panis et vinū. et duplex forma huic duplici materie correspōdēs ¶ Cōtra. tāto sacrm est dignio qto ꝓtentuz sub sacrāmēto et exhibitū p sacramētū est nobilio. sed sub eucharistia ꝓtinet christ⁹ deus et homo. quo nihil potest esse nobilio. ergo ꝛc.

¶ In ista questione quattuor sunt videnda ¶ Primo d isti⁹ sacrāmēti institutōe ¶ Secundo de ei⁹ forma et ꝓsecratōne. ¶ Tercio d ei⁹ sumptione et dispensatōe. ¶ Et quarto de ei⁹ eminētia et dignificatōe.

Articulus primus. Pria ꝓclo

Quantū ad primū

pono duas ꝓclusiones ¶ Prima est q istud benedictū sacramentū nō debuit institui ante
1 aduentū christi. Quia sacramētū nō debebat institui priusq̄z esset res q̄ sub sacramento debuit cōtineri. sed hmōi res nō fuit ante aduētū christi. vt de se patet. quia corp⁹ christi est res principaliter ꝓtenta i isto benedicto sacramento ¶ P. sacramentū plenitudinis gratie nō debuit institui anteqz veniret temp⁹ grē. 2
sz eucharistia est sacramentū plenitudis gratie. Ideo ēm dicit ab eu qd est bonū et charis qd est gratia. quasi bona gratia. Et temp⁹ gratie nō erat ante xpi aduentū. vt patet p apl'm ad Gal'. iiij. vbi ait. At vbi venit plenitudo tpis misit deus filiū suū. ¶ Forte cōtra istaz cōclusionē diceret aliqs infidelis sic. Medicina ꝓfortatiua debet dari debilib⁹ vt ꝓfortentur. sz istud sacramētū specialiter dicit esse medicina ꝓfortatiua. et homines cōmuniter ante xpi aduentū dicunt fuisse debiliores q̄z post aduentū. ergo ꝛc. ¶ P. omis viator indiget 2
viatico. sz ante christi aduentū nō min⁹ fuerunt homies viatores q̄z post aduentū eius. et istud sacramentū est viaticū viatorū. g ꝛc.

¶ P. nullo tpe boni fideles priuari debuerūt 3
alimento spūali. sz ab exordio mūdi semp fuerunt aliqui boni fideles. et istud sacramētū est spūale fidelū alimētū. ergo ꝛc. ¶ Ad primū dicendū q maior nō est semp vera. qz debilibus debet dari medicina pparatiua priusq̄z ipsis det medicina cōfortatiua. alias ipi pericli tant. eo q fortitudinē fortis medicine eoz debilitas nō poterit sustinere. Ideo pcesserūt in veteri lege multe figure isti⁹ sacramēti tanq̄z medicina a remotis pparās et disponens homines ad istud sacramentū Deinde pdicatō xpi successit tanq̄z pparatio prima ad recipiēdum istā fortē medicinā. Et tamē istis nō obstantib⁹ quidā fortitudinē isti⁹ medicine nō poterāt sustinere. Dicēte ēm xpo Joh. vi. nisi mādūcaueritʒ carnē filij hoīs. et biberitʒ ei⁹ sanguinē. nō habebitʒ vitā in vobis. dicebāt quidā. Dur⁹ est h̄ sermo. q̄s eū poterit audire. et abierūt retro. q̄si abhorrētes fortitudinē isti⁹ medicine. ¶ Ad secundū dicendū q duplex est viaticū. Unū sustentās trāseuntes p viā. Aliud pducēs vsq̄z ad patriā. Primū viaticū fidelib⁹ nūq̄z defecit. qz h̄ erat scriptura sacra. vel aliqua reuelatio vel ꝓsolatio diuina. Secundū vero viaticū est ipa eucharistia. et ideo dari nō debuit nisi eo tpe q̄ patri celestis patrie placuit nos ad patriā puenire. ¶ Ad tertiū dicendū q vt patet ex iq̄ dictis ipi non fuerūt priuati omi alimēto. licet non habuerint istud forte et solidū alimentū. qd nō congruebat paruulis existentib⁹ in statu impfecto. Unde ipis p tunc sufficere debuit lac qd sugere poterant de figuris et exemplis scripturarum. ¶ Secunda ꝓclusio est. q aptissimū

Instantia 1

Solu. Ad. 1.

Ad. 2.

Ad. 3.

temp⁹ instituēdi istud sacrm̄ erat ꝓxime ꝑce-
1 dens xpi passionē. Quia xps erat caput fide-
liū. ⁊ ipi mēbra ei⁹. ⁊ ideo licet nō esset necessa-
riū istud sacramentū eo tpe qn̄ corpali sua p̄-
sentia istud caput suis membris iūgebat. tn̄
qn̄ p passionē ista corpalis p̄sentia tolli debe-
bat. tūc istud sacramentū erat necessariuz. vel
saltē valde ꝯgruū. quatenⁿ sublata corpali p̄-
sentia capitis ipsoꝝ fideliū. adhuc ipi fideles
vniti manerēt suo capiti p̄sentia sacramētali.
2 ¶ P. vt patz in euāgelio saluator noster isto
sacramēto voluit nobis iugē ac fidelē memo-
riā sue passionis imprimere. ergo ꝯgruissimū
fuit istud sacramentū instituere in vltima ce-
na postq̄z indilate mediante passione disci-
Instantia pulos decreuit relinquere. ¶ Forte dicet q̄ si
gnū memoriale debet sequi ⁊ nō p̄cedere illud
p cui⁹ institutū memoria seu recordatōe. ergo
si istud sacramentū est institutū p memoria
passionis. tūc debuit institui post passionez ⁊
nō ante. ¶ P. signū p̄cedens aduentū rei cu-
ius est signū. cessat postq̄z res aduenit. ergo si
istud sacramentū est signū passionis ⁊ p̄cessit
Ad.1. eā. tūc peracta passione debuit cessare. ¶ Ad
primū dicendū ad maiorē q̄ licet tale signuz
quo ad significationē debeat sequi rem quā si-
gnificat. tamē quo ad institutionē potest p̄ce-
dere. Potest em̄ anteq̄z res fiat institui signū
qd̄ hmōi rem significet ⁊ reducat ad memori-
am. nō p tūc quādo instituit. sz p illo tpe qn̄
hmōi res facta est. Uū etiā saluator dixit di-
scipulis suis. Et nunc dixi vobis anteq̄z fiat.
vt cuz factū fuerit reminiscamini qz ego dixi
Ad.2. vobis. ¶ Ad secundū patet p iā dicta. qz li-
cet signū p̄cedens qd̄ p̄cise institutū est signi-
ficare ipam rē vt est futura cesset p aduentū si-
gnificati. hoc tn̄ nō est vez de illo signo qd̄ li-
cet ante instituat. tamē sic instituit vt rem si-
gnificare debeat postq̄z facta fuerit. Potest ei
amic⁹ dū p̄sens est cū amico dare aliqd̄ signū
dicēs. p illud recorderis mei cū a te recessero.
sic in ꝓposito ꝛc.

Articulus secund⁹

Quantū ad secūdū

articulū ꝓmo videndū est de forma ꝯsecratio-
nis corpis xpi. Secūdo de forma ꝯsecratōis
De forma corpis xpi sanguinis ei⁹. ¶ De primo est plana cōcor-
dia q̄ hec est forma. quā sanct⁹ petr⁹ credit tra-
didisse romane ecclesie qua dicit. hoc est em̄
Cōtra. corp⁹ meū. ¶ Sz cōtra istud multipliciter
1 dubitat. Primo qz xps nō videt vsus fuisse
hac forma. ergo nec alij debent ea vti. Cōseqn-
tia patet. qz nulla verba sacramētalia poterūt
habere efficaciā nisi ex institutōe xpi. Proba-
tur antecedēs. qz anteq̄z diceret ista verba be-
nedixit panē ⁊ fregit. ⁊ postea porrigēdo disci-
pulis corp⁹ suū a ꝓmo dixit ꝗba ꝑdicta. Sz
anteq̄z porrexit benedicēdo ꝯsecrauit. ergo ver-
bis p̄dictis nō fuit vsus p forma ꝯsecratōis.
¶ P. eusebi⁹ ⁊ ambrosi⁹ addūt p forma ꝯse- 2
crationis. accipite ⁊ comedite. q̄ p̄cise in ꝗbis
p̄dictis nō ꝯsistit forma ꝯsecratōis. Cōseqnē-
tia patet. Probat antecedēs. dicit em̄ eusebi⁹
sic. Invisibilis sacerdos visibiles creaturas ī
suū corp⁹ ꝯuertit dicēs. accipite ⁊ comedite:
b̄ est corpus meū. Et quasi eadē verba ponit
ambrosi⁹. ⁊ habent de ꝯse. dist. ij. ¶ P. nihil 3
debet poni in forma ꝯsecratōis qd̄ nō est d̄ sb̄-
stantia forme. sz omēs doctores ꝯcedūt q̄ hc
cōiunctio em̄ nō sit de substātia forme. ¶ Et Cōfirmat
ꝯfirmat. qz dicit dyonisi⁹ in primo lib. de di-
no. Nō est audendū dicere aliqd de diuinis
p̄ter ea q̄ nobis ex sacris eloquijs sunt expssa.
sz additio p̄dicte ꝯiunctōnis nō videt esse in
euāgelio. ¶ P. istud pnomē hoc est pnomē 4
demōstratiuū. aut q̄ demōstrat corp⁹ xpi. aut
aliqd aliud differēs a corpe xpi. Nō primū. qz
tūc ex vi verboꝝ nō fieret ꝯsecratio corpis xpi.
eo q̄ anteq̄z verba pferrent esset ibi corp⁹ xpi.
Nec secundū. qz tūc esset ibi locutio falsa. nā
qd̄ est aliud a corpe xpi. b̄ ñ est corp⁹ xpi. For-
ma aūt sacrm̄ nō pt ꝯsistere in falsa locutōne.
¶ P. vl' demōstrat illud qd̄ est p̄sens vl' pteri- 5
tū vl' futuz. Nō pt dari primū. qz cū actu p-
fert illud pnomē demōstratiuū. tūc nihil est
ibi p̄sens nisi sb̄stantia panis ⁊ accidētia ei⁹ ⁊
alie res circūstantes. quaz nulla est corp⁹ xpi.
nec secundū nec terciū. qz b̄ verbū est cū sit p̄-
sentis tpis ipo mediāte nec demōstrat pteri-
tū nec futuz. ¶ Et ꝯfirmat qz qd̄ pteritū est Cōfirmat
b̄ nō est. licet qn̄q̄z fuerit. ⁊ qd̄ futuz est b̄ nō
est. licet qn̄q̄z fiat vl' possibile sit fieri ¶ P. qn̄ 6
virtute aliquoꝝ ꝗboꝝ fit trāsubstātiatio vl' q̄
cunq̄z alia trāsmutatio. tūc talia verba debēt
expmi cū ꝗbo significāte actū practicū. ⁊ non
cū ꝗbo substantiuo p̄sentis tpis. Sz virtute
p̄dictoꝝ verboꝝ fit trāsubstātiatio. ergo in il-
la locutōe nō debet poni hoc verbū est. cū nō
sit significatiuū alicui⁹ transitus vel actōnis
¶ Ad primū dicendū q̄ circa hanc materiā Solutio.
quā implicat ista ratio scilicet de modo conse- Ad.1.
crationis quo christ⁹ cōsecrauit quādo cor-
pus suū discipulis tradidit sunt tres opinio-
nes. Quaz prime due negarēt ꝯseqntiā. an-
tecedēs ꝯcedēdo. Una em̄ istaz opinionum Opio pri-
ma.

dicit q̃ xp̃s cũ habuerit ptãtem excellẽtie. iõ sine verbis z absq̃ forma verbor̃ ꝛsecrauit sola virtute diuina. z postea verba ptulit quibꝫ alij formã ꝛsecrãdi tradidit. Quia sicut xp̃s sine verbis baptizat⁹ fuit. z postea nobis formã baptizãdi p verba tradidit. sic in ꝓposito zc. ¶ Cõfirmat h̃ ex dictis innocẽtij tercij q̃ ait. Sane dici pt q̃ xp̃s virtute diuina ꝛfecit z postea formã exp̃sit sub qua posteri benedicerẽt. ¶ Sz istud nõ valet. Quia fm cõmunẽ locutionẽ benedictõ nõ fit sine ꝗbis. sz xp̃s dicit bñdixisse. vt patet Mat. xxvij. ¶ Nec est simile qd assumit de baptismo. qz xp̃s non instituit baptismũ qñ baptizat⁹ fuit. sz istud sacramẽtũ instituit qñ ꝛsecrauit. ¶ Nec valet qd dicit de innocẽtio. qz talia verba nõ dicit diffinitẽdo. vel tanq̃z sua verba ꝓferendo. sz tanq̃z verba iã dicte opinionis recitando.

Cõtra eã.

Opinio secunda.

¶ Est alia opinio q̃ sil'r ꝛcederet antecedẽs supradicte ratõis. Dicit em̃ q̃ christ⁹ verbis ꝛsecrauit. tñ sb alia forma verbor̃ q̃z nos modo ꝛsecramus. ¶ Et si dicit istis q̃ fuerit illa verborũ forma qua vsus est xp̃s. ¶ Rñdent q̃ illa verba nõ reuelauit xp̃s. z ideo nob̃ sunt ignota. ¶ Sz istud dictũ cũ nec rationi nec autoritati innitat. ideo ea facilitate pt negari qua affirmat. ¶ Etiã valde videt esse dictu z piculosu. qz sacerdos corp⁹ xp̃i ꝛficiẽdo profert hec verba tanq̃z a xp̃o prolata. ergo si xp̃s his verbis nõ ꝛfecit. tũc nec sacerdos ꝛficeret.

Cõtra eã.

Opio tercia.

¶ Est insup tercia opinio. q̃ iuxta ea q̃ ponit si debet rñdere ad supradictã rationẽ tunc habet ꝛcedere ꝛsequentiã: z negare antecedens. Ponit em̃ ista opinio q̃ xp̃s eisdẽ verbis ꝛsecrauit quibꝫ z nos ꝛsecram⁹. Sz ꝓpter pbationẽ antecedẽtis supradicte rõnis dicunt q̃ eadẽ verba bis dixit. Primo em̃ vt dicũt qñ xp̃s ꝛfecit tũc hec verba dixit sub silẽtio. Secundo qñ corp⁹ suũ discipulis tradidit. tunc eadẽ verba dixit apte tradẽdo eis formã ꝛficiendi. ¶ Sz nec istud valet. qz frustra fit p plura qd eque bñ fieri pt p paucioza. vt dicit ꝑmo phisicor̃. sz vtrũq̃z. s. ꝛficere z formã ꝛficiendi tradere eque bñ potuit christus facere dicẽdo hmõi verba semel. sicut si bis dixisset. Cũ ergo deus z natura nihil faciãt frustra. vt patet ꝑmo celi z mũdi. q̃ xp̃s q̃ erat ver⁹ de⁹ p̃ dicta verba frustra nõ iterauit. ¶ Etiã sacerdos nũc ꝛficiendo nõ ꝓfert p̃dicta verba tanq̃z sub silẽtio a xp̃o plata. ¶ Ad formã igit supradicti argumẽti rñdendo dicendũ q̃ antecedens nõ est ver̃. Ad pbationẽz dicendũ q̃ maior z minor ambe deficiunt. qz xp̃s antecq̃ dixit. h̃ est corp⁹ meũ. nec benedixit. nec fregit nec dedit. sz dicẽdo hec verba siml' bñdixit fregit z dedit. Ulñ h̃ ꝓtcipiũ dicẽs debet cõstrui cũ omib̃ istis trib̃. qz ꝛcomitanter se habuit ad omia ista tria. s. ad bñdicere frãgere z dare. ¶ Et ideo exclusis trib̃ p̃dictis opinionibus. tenẽda est p nũc cõmunis opinio. q̃ ponit q̃ xp̃s p̃dicta verba tantũmodo semel dixit. z semel dicẽdo siml' ꝛsecrauit z nobis cõsecrãdi formã tradidit. ¶ Ad secundũ dicendũ q̃ ambrosi⁹ z eusebius nõ addũt illa duo verba accipite z comedite tanq̃z spectantia ad formã sacramẽti ꝛsecrãdi. sz tanq̃z spectantia ad vsum sacramẽti ꝛsecrati. ¶ Ad tercũ dicendũ q̃ illa ꝛiunctio em̃ nõ est de necessitate forme. sic q̃ sit de necessitate ꝛsecrãdi. quia si omitteret. adhuc p alia verba ꝛsecraret. Est tamẽ de necessitate ꝛsecrantis. qz si q̃s ꝛsecraret. z illã ꝛiunctionẽ sciẽter omitteret ille mortaliter peccaret. qz ex statuto vel vsũ romane eccl'ie illa ꝛiunctio est apposita. quẽ viuz credit eccl'ia a sancto petro accepisse. ¶ Ratõ autẽ additõnis isti⁹ esse videt. qz sacerdos dicit ꝗba p̃dicta quasi in ꝑsona xp̃i. igit optime ponit ista ꝛiunctio em̃ ad exprimendũ ꝛtinuationẽ z ordinẽ istor̃ ꝗbor̃ ad p̃cedẽtia ꝗba xp̃i.

Ad formã argumenti primi.

Ad ꝛfirmationẽ dicendũ. q̃ illa ꝗba dyonisij sunt intelligẽda q̃tum ad textũ sacre scripture. Nihil em̃ est addendũ qd varier textũ scripture. taliter em̃ addẽs maledicit a beato iohãne apoc. vlti. c. Per h̃ tñ nõ intelligit q̃n possit fieri additio p text⁹ declaratõe ornatu z ꝛtinuatõe. Propter hoc em̃ Eccl'i. xxxij. dicit sacra scriptura de seipsa. Qui operant in me nõ peccabũt. q̃ elucidãt me vitã eternã habebunt. ¶ Ad quartũ rñdet doctor cõmunis dicẽs. q̃ h̃ ꝓnomẽ hoc nec demõstrat terminũ ad quẽ ipi⁹ trãsubstãtiatõis determinate. qz iã significatio locutõis p̃supponeret entitatẽ rei significate z nõ esset causa ei⁹. n eq̃z demonstrat terminũ a q̃ determinate. qz ei⁹ demõstratio impediret veritatẽ significatõis tot⁹ locutionis. cũ termin⁹ a q̃ nõ remaneat in vltimo instãti locutõnis. Relinquit ergo q̃ demonstret illud qd est cõmune vtriq̃z termino indeterminate. Sicut aũt in formalib̃ mutationib̃ cõmune vtriq̃z mutatõi est subiectũ vl' materia. distinguunt autẽ termini p formas accidẽtales vl' substãtiales. ita in trãsubstantiatõe cõmune est accidẽtia sensibilia q̃ remanent. diuersitas aũt est substantiar̃. Uñ sensus est. hoc ꝛtentũ sub his specieb̃ est corpus meũ. Nec est rñsio isti⁹ doctoris de verb ad

Ad 2.

Ad 3.

Ad confirmationẽz.

Ad 4.

Rñsio thome.

Nota q̃ ip se intelligit p terminũ ad quẽ corp⁹ xp̃i. p terminus a q̃ intelligit sb stãtia pãis

Cõtra sancti thomã 1

verbũ. ¶ Sz salua isti⁹ sanctissimi doctoris reuerentia ⁊ sanctitate. videt ꝗ ex his dictis difficultas argumẽti nõ tollat. Quia ꝛcessis his duabꝫ ꝓpositõibꝫ quas ipe hic ponit. s. ꝗ ꝓnomẽ hoc demõstret illd qd cõmune ẽ vtriq; termino trãsubstãtiatõis. ⁊ ꝗ cõmune in trãsubstãtiatõe est accidẽtia sensibilia que remanẽt. tũc sequit ꝗ ꝓnomẽ hoc demõstret accidentia. ⁊ ꝗ ꝛsequẽs tota locutio verboꝝ ꝛsecrationis erit falsa. qz accidẽtia nõ sunt corꝑ xpi. ¶ Si dicit ꝗ ꝑ illud cõmune intelligit illud qd vltimo ꝛcludit. s. ꝛtentu sb illis speciebꝫ. tũc duplex apparet in ista solutõe defectus. ¶ Primo qz tũc frustra ⁊ inutilit ⁊ nullaten⁹ ad ꝓpositũ ꝛclusionis quã infert ponit illã secundã ꝓpositõez qua dicit. ꝗ cõmune vtriq; terminoꝝ trãsubstãtiatõis est accidentia sensibilia q̃ remanẽt. ¶ Secundo qz adhuc nõ euadit difficultas. Ꝑ iã quãuiscũq; aliq̃s termin⁹ sit cõmunis ⁊ indeterminatus. tũ qñ adiungit ei ꝓnomẽ demõstratiuũ tũc determinat ⁊ singularizat intantũ. ꝗ ꝓpositio in qua subijcit nec est vniuersalis nec indefinita ꝛz mere singularꝭ. Ulñ sicut patet ĩ regulis logycalibꝫ. ꝓpositio singularis est illa ĩ qua subijcit termin⁹ discret⁹. vt sortes currit. vel termin⁹ cõmunis cũ ꝓnomine demõstratiuo. sicut hic hõ currit. Dicere ergo ꝗ cõmune ⁊ indeterminatũ maneat ĩ sue cõmunitatꝭ indeterminatõe addito sibi ꝓnomĩe demõstratiuo. est dicere oppositu ꝛz in adiecto. qz vt sic terminus cõmunis equipollet termino discreto ⁊ singulari. q̃ omnẽ indeterminationẽ excludit. ¶ Istud ergo demõstratũ qd subijcitur in hac ꝓpositõe. qua dicit. hoc est corꝑ meũ. vel est determinatũ ad standũ ꝑ corꝑe xpi. vel ꝑ aliq̃ alio. ⁊ tũc ꝓcedet in ratõe sicut a principio. ¶ P. in ꝓpositõe ordinate plata sine determinatõe subiecti ꝑ ꝓnomẽ demõstratiuũ. subiectũ nõ est cõmunius ⁊ indeterminat⁹ ꝑdicato. ergo mlto min⁹ ꝗ poterit esse in ꝓpositõe supꝛadicta in qua subiectũ est determinatũ ꝑ ꝓnomẽ demõstratiuũ. Consequentia de se patet. Antecedẽs habet in libro porphirij. vbi dicit. ꝗ omis ꝑdicatio vel ẽ superiorꝭ de inferiori. vel est eqlis de eqli. Primo modo ꝑdicatũ est cõmuni⁹ subiecto. Secundo modo tũc est eqlis cõmunitatꝭ cũ cõmunitate sbiecti. ¶ Alij dicũt ꝗ qñ sacerdos dicit ꝗba ꝑdicta. tũc illud ꝓnomẽ hoc nullã demõstrationẽ facit. qz nõ ꝓfert a sacerdote significatiue: ꝛz recitatiue Et hãc responsionẽ ponit innocenti⁹ terci⁹ in libro d officio misse

Respõsio secũda.

¶ Sz nec istud valet. Quia tũc verba vt dicunt a sacerdote nõ magis respicerẽt ꝓsentem substantiã panis q̃ aliã materiã quãcũq; ꝑsentẽ vel absentẽ. ⁊ tũc nõ ꝛficeret. qz nõ accederet verbũ ad elementũ. nec ꝑ ꝛseqns fieret sacramentũ. qz fm augustinũ ex eo ꝗ verbuꝫ accedit ad elementũ fit sacramentũ. ¶ P. nec ꝑ istã fugã euadit isti difficultatẽ. qz saltem xps dixit ꝑdicta verba significatiue. ergo xpo dicẽte hmõi verba. illud ꝓnomẽ ꝗ aliq̃d demõstrabat. vel ergo illud demõstratũ fuit corꝑus xpi. vel aliud a corꝑe xpi. ergo manet tota difficl'tas argumẽti nisi aliud dicat. ¶ Alij dicũt ꝗ ibi sit demonstratio nõ ad sensũ. ꝛz solũ ad intellectũ. Ulñ cũ dicit. hoc est corꝑ⁹ meum. iste est sensus. significatũ ꝑ hoc est corꝑ⁹ meũ. ¶ Sz nec istud valet. qz sicut nõ ꝛficitur sacramentũ cũ dicit. hec imago est xps. et tñ vere ꝗ qd demonstrat significat xpm. sic n⁹ in ꝓposito platõe ꝑdictoꝝ verboꝝ ꝛficeret sacramentũ. ¶ Alij dicũt ꝗ ibi est demõstratõ ad sensuꝫ. qz li hoc demõstrat panẽ nõ tñ simpliciter. ꝛz fm qd est trãsubstantiat⁹ in corꝑ⁹ xpi. ¶ Sz nec ꝗ valet. qz panis trãsubstãtiatus nõ est panis. q̃ nõ demonstrat panis ad sensum. ¶ P. dũ pferẽt li hoc nõ est facta trãsubstantiatio. ergo nisi aliud dicat. ex dictis adhuc nõ ostendit ꝗ demõstret panis trãsubstantiat⁹. ¶ Alij dicũt ꝗ est demõstratio mixta. qz partim est ad intellectũ. ⁊ ptim ad sensum. vt sit sensus. hoc est corꝑ⁹ meũ. i. illud ĩ qd istud est trãsimutãdũ est corꝑ⁹ meũ ¶ Et ista est trãsio Richardi de sancto victore ĩ suo lib. de tri. ¶ Et hãc responsionẽ ad ꝓsens sustinendo dico ad maiorẽ ꝑdicte ratõnis. ꝗ ꝓnomẽ hoc demõstrat corꝑ⁹ xpi. nõ tñ ita ꝗ qñ pferẽt demõstratio ꝓsentialiter ibi sit. sed ꝗ ibi erit cũ substãtia panis in ipm trãsubstantiata fuerit. ¶ Ad quintũ dicendũ ꝗ esse ꝓsens ꝑ nũc dupliciter ꝑ intelligi. Uno modo tpe quo pferẽt demonstratio. Alio modo tpe ꝑ q̃ pferẽt demõstratio. Primo modo nõ demonstrat ibi corꝑ⁹ xpi vt ꝓsens. qz qñ pferẽt demõstratio. tũc nondũ est ibi. Sed secũdo modo demonstrat vt ꝓsens. qz tps ꝑ quo pferẽt demõstratio est tps. qd ĩmediate sequit vltimũ instans ad qd terminat tps mẽsurãs platonẽ hui⁹ orõis qua dicit. hoc est corꝑ⁹ meũ. in illo eĩ instanti fit trãsubstantiatio panis in corꝑ⁹ xpi. ergo corꝑ⁹ xpi ꝓsens est sb speciebꝫ remanentibꝫ tpe ꝛsequẽter copulato ad illud instãs ¶ Forte dicet. qd nõ est nullã efficaciã habet. ꝛz verba ꝑ illo instanti nõ sunt. qz iam

Cõtra eã. 1

2

Responsio tercia.

Cõtra eã.

Responsio quarta.

Cõtra eã. 1 2

Responsio quinta.

Richard⁹

Ad. 5.

Instantia

in ꝑteritū trāsierūt. ergo nullā virtutē vl' effi/
caciā habebūt verba cōsecratōis respectu ipi⁹
trāsubstantiatōis. ¶ Respondeo q̄ q̄uis i il
lo instanti verba nō sint quantū ad ꝓcedentē
ꝓlationē. tamē sunt i illo instanti quantū ad
Vtrū corp⁹ xp̄i siml' possit esse in pluribꝫ locis. Videt q̄ nō. Qꝝ vnuz indiuiduū nō p̄t esse in loc⁹ diuersis. sz corp⁹ xp̄i est vnū indiuiduū. Maior patz q̄ da oppositū. tūc indiuiduū erit diuisū. q̄ iuxta locoꝝ diuisionem diuidunt ipa locata. Minor patet de se. Incontrariū est fides sancta. q̄ ponit corp⁹ xp̄i siml' esse in celo ⁊ ī altari. ⁊ siml' etiā esse ī pluribꝫ altaribꝫ. Dic q̄ttuor sunt videda. Primo vtz corp⁹ xp̄i possit siml' esse ī pluribꝫ loc⁹ localit. Scdo vtz possit siml' esse ī plib⁹ loc⁹ sacramētaliter. Tercio vtz ī vno loco localit. ⁊ ī alio sacramētaliter. Quarto vtz hūana cognitione possit cognosci ibi esse vbi est sacramētaliter.

Quantū ad primū

Articulus primus.

sic pcedā. Qꝝ ad vtrāq̄z ptē ꝑ dictōis isti⁹ articuli sunt magnoꝝ doctoꝝ opiniones. iō ad magnificādū diuinā potētiā ad p̄sens tenebo ptē affirmatiuā. Scdo ꝑ eā ducā aliorū doctoꝝ motiua. ⁊ ipis q̄ztū potero respondebo.

Lōclusio.

Primo igit p̄ cōclusione arguo sic. Duo corpa diuia ꝓtute possūt esse localit ī eodē loco. ḡ vnū corp⁹ p̄t esse localit in duobꝫ locis. Cōseqntia patet. qꝝ nō videt esse minoz repugnātia ī āncedēte q̄z ī ꝓseqnte. Tāta em̄ repugnātia videt esse ī āncedēte q̄ a resto. iij. phisicoꝝ. ꝯcedit. q̄ q̄ rōne duo corpa siml' possent esse ī eodē loco. ea rōne infinita possent eē sil'. Sz āncedēs fide tenem⁹. Nā da oppositū. tūc xp̄s ñ fuisset nat⁹ ꝑ ꝓgine salua ꝓgnitate nec clausis ianuis ad discipulos introisz. nq̄ ī sua ascēsione sine celoꝝ dilaceratōe cū corpe suo p oēs celos ascēdisset.

Primā rō

Sz est q̄dā doctor q̄ p̄dictā ꝯseqntiā negat. Qꝝ vt ipe ait vnū corp⁹ esse siml' ī duobꝫ loc⁹ implicat ꝑ dictionē. duo aūt corpa esse siml' ī vno ⁊ eodē loco tm̄modo repugnat ꝓpt resistentiā q̄ vnū resistit alteri ī eodē loco. q̄ resistētia inest corporibꝫ rōne sue grossiciei. Nec aūt grossicies tollit ī corpibꝫ glificat⁹ p dotē subtilitat⁹. Nā sic ī glorificat⁹ corpibꝫ tollit obscuritas p dotē claritat⁹. mortalitas p dotē impassibilitat⁹. tarditas p dotē agilitat⁹. sic ī eisdē corpibꝫ tollit grossicies p dotē sbtilitat⁹. ⁊ p ꝯseqns corp⁹ glificatū tali dote īformatū alteri corpi etiaz ī eodē loco ñ resistit.

Dūnric⁹ ꝑ

Sz salua reuerētia isti⁹ doctoris. istud dupl'r deficit. Primo qꝝ ñ solū corp⁹ glificatū cū alio corpe. verū etiaz pl'a corpa nō glificata de⁹ sine omī resistentia q̄ñq̄z ꝑ facto fecit esse ī eodē loco siml'. Corp⁹ em̄ xp̄i q̄ñ natū est salua mris ꝓgnitate ñ caruit grossicie. nōdū ei fuit glificatū. Etiā legit de sctō thoma apl'o. q̄ cū vocat⁹ esset a q̄dā rege ad bñdicēdū nupcial filij sui. ipe clauso manēte cubiculo ī q̄ sp̄ōsus ⁊ sp̄ōsa sil' morabant ingressus fuit. oñdens eis q̄ztū deo placet ꝓgnitas ⁊ vita pudica. Ad quā monitionē casti pmāserūt. ⁊ sp̄ōsa facta est sctimonialis. ⁊ sp̄ōsus eēs. Et tñ planū est q̄ corp⁹ sancti thome cū trāsiuit ꝓtute diuia p illa hostia clausa ñ fuit glificatū.

Cōtra hēricū.

Itē legit ī euāgelio nichodemi q̄ postq̄z ioseph ꝑ aramathia sepeliuit corp⁹ ihesu. iudei ceperūt eū. posuerūtq̄z

cũ in carcere firmissimo. Et ꝑter alias clausuras aliqui principes iudeoꝝ munierunt carcerẽ sigillis suis. volẽtes cũ morti tradere immediate cũ trãsisset festũ pasce. Et venientes ad carcerẽ post pasca. omia carceris claustra inuenerũt salua. Joseph tñ virtute diuina liberat⁹ inuent⁹ fuit in aramathia. ¶ Ex quibꝫ omibꝫ patꝫ ꝙ nondũ ablata corpali grossicie
2 de⁹ ꝑt plã corpa sil'i eodẽ loco ponere. ¶ Isti⁹ doctoris dictũ deficit in ꝗ secũdo. Qꝛ grossicies est quedã qlitas q̃ accidit qntitati. Hoc patet ex dictis isti⁹ doctoris. Qꝛ manẽte qntitate rei grossicies ꝑt auferri. Sꝫ vnũ corp⁹ resistit alteri naturaliter in eodẽ loco. nõ ratõe qualitatis. sꝫ poti⁹ rõne qntitatis seu rõne dimensionis qntitatiue. Un dato ꝙ de⁹ separet vnã qntitatẽ corpalẽ ab omi qlitate naturali. adhuc illa qntitas occuparet locũ. ⁊ resisteret alteri corpi in eodẽ loco. vt expsse patet ex dictis arestotel'. iij. phisicoꝝ. c. de vacuo. g̃ nisi aliter dicat. tũc semp maneret resistẽtia manẽte corpis qntitate. nõ obstãte ꝙ grossicies essꝫ ablata. ¶ P̃. arguo secũdo ꝑ pmissa ꝛclusione sic. In quocũqꝫ loco est aliqd corpus cũ ꝑ pria sua quãtitate. in eodẽ loco virtute diuina ꝑt esse localiter. sꝫ corp⁹ xpi est in pluribꝫ locꝭ cũ ꝑpria sua qntitate. Maiꝛ ꝓbat. qꝛ in illo loco est aliqd corp⁹ localiter quẽ occupat ⁊ replet sua qntitate. Sꝫ quelibet locũ in quo est aliqd corp⁹ cũ sua qntitate de⁹ ꝑt replere cũ illius corpis qntitate. Minꝛ patet ex fide. ⁊ etiã patebit in scdo articulo isti⁹ questionis. ¶ Forte dicet ꝙ licꝫ maiꝛ sit vera qñ substãtia corpis determinat ad locũ mediãte qntitate. tñ nõ est vera qñ qntitas corpis est i hmõi loco mediãte substãtia. Sꝫ sic corp⁹ xpi est i pluribꝫ locis cũ sua ꝑpria qntitate. ꝙ qntitas est i ꝓtaribꝫ locis mediãte substãtia. ⁊ nõ ecõuerso. vt infra patebit etiã ex dictis fratꝭ Egidij. g̃ maiꝛ in ꝓposito ñ videt esse ꝛa. ¶ Ad ꝓbationẽ dicerent aliq̃ iuꝛta sua principia. ꝙ minꝛ illi⁹ ꝓbationis nõ est vera. vbi qntitas hmõi corpis ⁊ loc⁹ nõ sunt eqles. Sꝫ qntitas corpis xpi nõ est eqlis loco speciꝫ ꝗ quibꝫ ẽ corp⁹ xpi. ¶ Sꝫ primũ istoꝝ dictoꝝ nõ valꝫ qꝛ dato ꝙ de facto qntitas corpis xpi sit mediante substãtia in pluribꝫ altaribꝫ. ex ꝗ tñ non haberet ãn de absoluta dei potẽtia substãtia possit ibi esse mediãte qntitate. qꝛ magꝭ videt mirabile ⁊ magꝭ alienũ a cursu naturali rerꝫ corporaliũ qntitatẽ esse in loco mediãte substãtia qꝫ ecõuerso. Si igit de⁹ ꝑt primũ. nõ apparꝫ ratio qre nõ possit secũdũ. ¶ Etiã scdm dictũ nõ valet. qꝛ ꝑt de⁹ facere ꝙ cõmensuratiue tm̃ de pane ꝛuertat in corp⁹ xpi qntũ est corp⁹ iuũ. Quo facto tũc loc⁹ speciꝫ eqlis erit qntitati corpis xpi. ¶ P̃. de⁹ mediãte ꝛuersione ꝗ substãtie panis in corp⁹ xpi manentibꝫ accidentibꝫ facit corp⁹ xpi esse in pluribꝫ locis. g̃ sine huiusmodi ꝛuersione ⁊ accidẽtibꝫ ꝗ poterit facere. ⁊ ꝑ ꝛsequẽs ꝙ sit in pluribꝫ locis localiter. Antecedẽs patꝫ ex fide. Prima ꝛsequẽtia etiam patet. qꝛ quicq̃d de⁹ ꝑt mediãte causa secunda. ꝗ ꝑt ĩmediate ꝑ seipm. ⁊ ꝗ in quocũqꝫ genere cause excepta materiali qntũ ad ꝗ qd ẽ ꝑficere ⁊ potentiã habere passiuã ⁊ receptiuã. qꝛ si qd dignitatis cõuenit cause materiali. illo nõ priuat de⁹ ãn ꝗ ĩmediate possit. sicut ẽ formã etiã accidẽtalẽ ꝛseruare ⁊ sustẽtare. vt patet in speciebꝫ isti⁹ bñdicti sacramẽti. Et excepta causa formali qntũ ad ꝗ qd est formaliter ꝑficere ⁊ ꝑficiendo formaliter inherere. Sed ꝑsentialis existẽtie corpis xpi i altari. ꝛuersio panis ⁊ ꝑmanẽtia accidentiũ nec sunt causa materialis nec formalis. g̃ ⁊c. ¶ Patet etiaꝫ secũda ꝛsequentia. qꝛ etiã doctores opposite ꝑtis dicũt. ꝙ ꝑ tanto corp⁹ xpi nõ est localit. vbi est sacramẽtaliter. qꝛ est ibi ꝑ ꝛuersionẽ alteri⁹ in ipm. ⁊ determinatũ est ad locũ illũ nõ sua qntitate. sed aliena. puta mediãte qntitate panis. q̃ remanet facta ꝛuersione. ¶ P̃. deus ꝑt omẽ illud qd nõ implicat ꝛtradictionẽ. sꝫ virtute diuina vnũ corp⁹ simul esse localiter in pluribꝫ locis nõ implicat cõtradictionẽ. g̃ ⁊c. Maiꝛ patet. vi. ethicoꝝ. ⁊ ab omibꝫ catholicis cõmuniter est ꝛcessa. Minꝛ patebit rñdendo obiectis quibꝫ doctores alteriꝰ ꝑtis nituntur ducere ad ꝛtradictionẽ eũ q̃ tenere ꝑsumpserit ꝑdictã cõclusionẽ. ¶ Un quidã eoꝝ arguũt sic. Dñcũqꝫ aliqd corp⁹ est in vno loco. tũc impossibile est ꝙ capiat aliũ locũ. nisi vl'ipm moueat ad illũ aliũ locũ. vel ille ali⁹ loc⁹ moueat ad ipm. sꝫ quocũqꝫ istoꝝ posito hmõi corp⁹ nõ erit in pluribꝫ locis. g̃ impossibile est vnũ corp⁹ siml' esse localiter in pluribꝫ locis. Maiꝛ patet ꝑ sufficientẽ diuisionẽ. Declarat minꝛ. qꝛ si illud corp⁹ moueret ad aliũ locũ. tũc non maneret in primo loco. qꝛ omẽ qd moueꝫ qntũ capit de termino ad quẽ. tm̃ ꝑdit de termino a q̃. nã in illo motu termin⁹ a q̃ ⁊ termin⁹ ad quẽ sunt siml' cõpossibiles. Si aũt loc⁹ moueret ad ipm. tũc vterqꝫ loc⁹ rñderet simul ꝑ vno loco. ⁊ nõ diceret ꝓpter ꝗ esse in pluribꝫ locis. ꝓpter ꝗ enim corp⁹ alicui⁹ nõ dicit esse in pluribꝫ locis. si tunicã trahit sup camisiã q̃ pri⁹ erat indut⁹.

Scda ratio ꝑ ꝛclusione.

Instantia prima.

Instantia secũda.

Ad primã instantiã.

Ad scdam instantiã.

Tercia ratio ꝑ ꝛclusione.

quarta ratio ꝑ ꝛclusione.

Hotfred⁹ ꝛtra.

2 ¶ P. si vnũ corp⁹ simul esset in diuersis loc⁹ tũc vel ōria accidẽtia. vl' saltẽ plura accidẽtia eiusdẽ rōnis essent siml' in eodẽ subiecto. Cōsequẽs ex vtraq; pte supponit esse incōueniẽs. Probat ⁊ seqntia. qz vbi nō est ī loco sz ī relocata. vt patet in lib. vi. principiorꝫ. g̃ si vnum corp⁹ siml' esset ī diuersis loc⁹ tũc haberet in se siml' diuersa vbi. Ista igit vbi vel erũt ōria. sicut surlũ ⁊ deorsũ. ⁊ tũc sequit p̃ma ps ⁊ sequẽtis. vl' nō erũt ōria. ⁊ tũc sequit secũda ps ⁊ sequẽtis. ¶ P. sicut se habẽt differẽtie tpis ad tps ⁊ ad rẽ tpalẽ. sic differẽtie loci ad locũ ⁊ rẽ localẽ. sed impossibile est q̃ tps ꝓm pl'es suas differẽtias siml' respiciat eandẽ rẽ tpalẽ. alias eẽ eadẽ res siml' esset in tpe ꝓor ⁊ posteriori. g̃ impossibile est locũ ꝓm pl'es suas differẽtias siml' respicere eandẽ rẽ locatã. ⁊ p ⁊ sequẽs eadẽ res nō poterit siml' esse in diuersis locis.

4 ¶ P. qua rōne aliq̃d corp⁹ posset siml' esse in duobꝫ locis. eadẽ rōne posset esse ī oibꝫ locis. sz h̃ est impossibile. qz vbiq; esse est ꝓpriũ ipi⁹ soli⁹ dei. ⁊ p ⁊ sequẽs nō est cōmunicabile

5 alicui creature ¶ P. hoc idẽ arguit quidã alius doctor sic. Si vnũ corp⁹ esset siml' localit in pluribꝫ locis. tũc vnũ corp⁹ esset pl'a corpa Cōsequẽtia patet. qz sicut locatũ cōmensurat

Denne'

6 tur loco. sic etiã ei cōnumerat. ¶ P. sequit q̃ vnũ ⁊ idẽ corp⁹ esz siml' maxime calidũ ⁊ maxime frigidũ. qz in vno loco p̃t poni ī igne. ⁊ ī

7 alio loco in niue. ¶ P. idẽ corp⁹ posset simul esse sanũ ⁊ egrũ. qz in vno loco posset habere sanissimã aeris temperiẽ. in alio loco pestiferã

8 intemperiẽ. ¶ P. idẽ corp⁹ siml' moueret ⁊ de

9 sceret ꝓm diuersa sua loca. ¶ P. vnũ ⁊ idẽ corpus posset esse saturatuz cibꝫ q̃ abundaret in vno loco. ⁊ famelicũ ꝓpter defectũ cibi quẽ sustineret in alio loco. ¶ P. idẽ lignũ in diuisis

10 locis faceret diuersos ignes eque magnos. sic si arderet in vno loco tm̃. ⁊ in vno loco posset comburi. ⁊ in alio loco incōbustũ ꝑmanere.

11 ¶ P. idẽ pomũ posset comedi rome ⁊ parisi⁹. ⁊ p ⁊ sequẽs rome posset ⁊ oerti in carnẽ romani. ⁊ parisi⁹ in carnẽ parisienſ. ⁊ sic eadẽ materia esset informata diuersis formis localit di-

12 stinctis. ¶ P. idẽ aial posset ī vno loco occidi ⁊ in alio loco benigne tractari. ⁊ sic idẽ aial

13 siml' esset viuũ ⁊ mortuũ. ¶ P. sicut res p natura suã se habet ad speciẽ. sic p q̃titatẽ suã se

Rõ egidij

habet ad locũ. sz p vnã natura nō p̃t esse nisi ī vna specie. ergo p vnã q̃titatẽ nō p̃t esse nisi ī

14 vno loco. ¶ P. qua ratōne vnũ corp⁹ posset esse in diuersis locis. eadẽ rōne vn⁹ punctus posset poni ī principio diuersarꝫ lin earꝫ eque distantiũ. Cōsequẽtia patet. Sz ⁊ seqns est falsũ. qz h̃ posito. tũc palelle ⁊ currerẽt. nã oẽs linee in rei veritate ⁊ currũt q̃ ad vnũ punctũ terminant. ¶ P. vnũ ⁊ idẽ referet siml' oppositis relationibꝫ. nã idẽ esset distãs ⁊ indistans respectu eiusdẽ puta respectu loci in quo esset.

15

¶ P. sicut se habet angel⁹ ad locũ diffinitiue

16

sic corp⁹ circũscriptiue. sz idẽ angel⁹ nō p̃t siml' esse in diuersis locis diffinitiue. g̃ nec idẽ corpus circũscriptiue. ¶ P. qñcũq; aliq̃ duo sic

17

se habẽt q̃ vltima corꝫ siue termini corꝫ ad inuicẽ adequate cōmensurant. tũc quicq̃d repitur extra vnũ. h̃ de necessitate repit extra alterũ. sz superficies ⁊ extra corpis locati. ⁊ superficies ⁊ caua corpis locant⁹ adequate cōmensurant. g̃ si aliq̃d corp⁹ posset esse ī alio loco extra superficiẽ corpis locantis in q̃ nũc est. tũc posset esse extra suã ꝓpriã superficiẽ. Maior patet. qz da oppositũ. tũc siml' erũt adequata ⁊ nō adequata. cōmensurata ⁊ nō cōmensurata. Minor

habet a pho. iij. phisi. ¶ P. si corp⁹ ꝓpi posset siml' esse in diuersis locis. vl' h̃ cōpeteret si-

18

bi ingẽtũ corp⁹. vl' ingẽtũ est glificatũ. vel ingẽtũ est p̃sone diuine vnitũ. Nō ꝓmo modo qz tũc cōpeteret omi corpi. Nec secdo. qz spũs glorificat⁹ nō p̃t esse siml' in diuersis locis. g̃ ml'to min⁹ corp⁹ glorificatuz. Nec tercio mo qz illa vnio nō ponit ipm extra ⁊ ditōnez cor-

19

poris ¶ P. idẽ corp⁹ respectu eiusdẽ loci in q̃ haberet esse. esset ꝓpinquũ ⁊ remotũ. ⁊ p cōsequẽs ꝓpinquũ ⁊ nō ꝓpinquũ. remotũ ⁊ non remotũ. distãs ⁊ nō distãs. q̃ omia implicãt

20.

contradictionẽ. g̃ ⁊c. ¶ P. qd̃ est hic nō est alibi. ⁊ qd̃ est alibi nō est hic. Si g̃ vnũ corp⁹ simul esset hic ⁊ alibi. tũc esset hic ⁊ nō esset hic

21

⁊ esset alibi ⁊ nō esset alibi. ¶ P. qua rōe idẽ corp⁹ posset esse siml' rome ⁊ parisi⁹. eadẽ rōne posset esse simul in omibꝫ locis intermedijs. ⁊ sic vnũ corp⁹ vel vn⁹ homo de seipo solo posset facere vnã corẽã q̃ extenderet a parisi⁹ vsq;

romã. ⁊ ecōuerso. ¶ P. nullũ agens naturale

22

intendit p se corruptionẽ termini a quo sz solum p accidẽs. puta p tanto qz incōpossibilis est cũ termino ad quẽ. Si em̃ esset cōpossibilis cũ eo. tũc nō corrũperet eũ. ergo si vnũ vbi nō esset incōpossibile alteri vbi. tũc qñ actione naturalis agẽtis aliq̃d corp⁹ acq̃reret vnũ vbi. tunc nō p̃deret alterꝫ vbi. ⁊ naturaliter simul essz in duobꝫ locis. ergo a destructōe istius ⁊ sequẽtis sequit q̃ duo vbi sint simplicit incōpossibilia respectu eiusdẽ locati. ⁊ per ⁊ sequens nulla virtute idẽ corp⁹ poterit siml' esse ī diuersis loc⁹. ¶ P. si vnũ corp⁹ esset siml'

23

localiter in duoby locis. tūc illa loca essent simul inter se. Cōsequtia patz. qz quecūqz vni z eidē sunt siml'. illa sunt siml' inter se. sz si vnū corp⁹ esset siml' parisi⁹ z rome localiter. tūc q̄libet illoz locoz esset simul localiter cū illo corpore. ergo illa duo loca essent siml' localiter inter se. Minoz patz. Probat maioz. qz sicut illa q̄ vni z eidē sunt eadē inter se sunt eadē. vt dicit. i. phisicoz. sic illa q̄ vni z eidē sunt siml' inter se sunt siml'. Falsitas etiā ꝯsequētis patet de se. ¶ Quāuis ista sint multū difficilia multoz z magnoz doctorū dicta. spem tamē ponēdo in diuine maiestatis p̄sidio. ad eius omipotentiā extollendā ad p̄sens sustineo cōclusionē p̄missam. z put potero ad singula respondebo. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ licet maioz sit vera in ordine ad virtutē agētis creati. tamē in ordine ad omipotentiā dei nō est vera. qz virtute diuina corp⁹ christi realiter manēs in celo dictis verbis ꝯsecratōis realiter p̄sens est sub specieby hostie. z tamē nec corp⁹ xpi mouebat ad species. nec species mouebantur ad ipm. ¶ Et si dicit q̄ hoc fit mediante ꝯuersione substātie panis in ipm. ¶ Dico q̄ sicut de⁹ h̄ p nūc facit mediāte ꝯuersione. sic si vellet posset facere sine illa cōuersione. Illa em ꝯuersio nō est causa intrinseca illi⁹ realis p̄sentie corpis xpi in altari. Qd patet. qz cessāte causa ītrinseca tūc cessat causatū cui⁹ ē causa. sz illa cōuersio trāsit z cessat esse. manēte realiter p̄sentia corpis xpi in altari. Sz licet deus nō possit ponere effectū in esse sine suis causis ītrinsecis. qz hoc implicaret ꝯtradictōez puta hominē esse sine forma humana. z materia humana. tamē quēlibet effectū p̄t de⁹ ponere in esse īmediate p seipm sine causa simpliciter extrinseca. Ergo sine tali ꝯuersione posset de⁹ si vellet corp⁹ xpi z qd̄libet aliud corp⁹ ponere in multis locis. z h̄ sine motu ppie dicto. sicut nūc facit de corpe xpi. ¶ Et ista videt esse intentio hugonis d̄ sancto victore. lib. iij. de sacramētis pte. viij. c. ij. vbi ait. q̄ de⁹ q̄ fecit q̄ corp⁹ vnū in vno loco esset. fecit vt voluit. z si voluisset aliter facere potuisset. ¶ Etiam minoz nō est vsqzquaqz vera. Et cū pbat q̄ termin⁹ a quo z ad quē nō possunt esse siml' distinguendū est de termino a quo. Qz vno modo appellat termin⁹ a q̄ ipsi⁹ mot⁹ sequētis illud qd̄ acquisitū est p motū p̄cedentē. et hoc improp̄e. qz non habet rationē termini a quo nisi qz p̄cedit ipm motū z pficit q̄ñqz per ipm. sicut apparet in motu augmēti z alterationis. Alio modo accipit termin⁹ a q̄ ppie. Et tūc in omi motu acq̄sitiuo termin⁹ a q̄ est ipa priuatio. que opponit forme p illū motū acquirēde. siue priuatio q̄ opponit gradui illius forme si acquirit aliq̄s grad⁹. In motu aūt de ꝓditiuo illud positiuū qd̄ p̄mo est acq̄sitū est termin⁹ a quo. sz priuatio sibi opposita est termin⁹ ad quē. ¶ Loquēdo ergo d̄ termino large z improp̄e dicto. tūc ppositio assumpta est falsa. sicut euidēter apparet in motu augmēti. vbi q̄ztitas p̄existens motui non tollit p aduentū termini ad quē. sz poti⁹ pficit. alias augmentū nō esset p̄existentis q̄ztatis additamentū. sicut ipm diffinit phs in libro p̄dicamentoz. Et eodē modo apparet ī motu alterātōis. cū accedit ad forme pacq̄site intēsionē. ¶ Sz accipiēdo terminū a quo ppie. puta p ipa priuatōe ipius termini ad quē. tūc illa ppositio assumpta est vera. sz nō est ad ppositum. qz vnū vbi nō est formaliter priuatio alteri⁹ vbi. dato bene q̄ fm naturalē cursum rex ꝯcomitanter se habeat cū priuatōe alteri⁹ vbi. ¶ Dato igit q̄ formalis termin⁹ a q̄ nulla virtute sit cōpossibilis cū formali termino ad quē. qz ponere siml' priuationē z positiuū cui opponit illa priuatio. est siml' ponere esse z nō esse respectu eiusdē. q̄ sunt termini ꝯtradictoriū. tamē ex h̄ nō habet q̄ nulla virtute idē locatur siml' possit fundare pl'a vbi a diuersis locis sortita. ¶ Ad secundū nego cōsequentiā. qz nō est necesse q̄ omia vbi vl' sint ꝯtraria. vel eiusdē ratōis. qz possūt esse de spata. Licet em sursum z deorsum sint aliq̄ modo opposita. z sursum z sursum sint eiusdē ratōis tamē sursū z dextr. vl' dextr z retrorsum nec sūt opposita nec eiusdē ratōis. Patet igit q̄ i forma arguēdi est fallacia ꝯsequētis. z sil'r ī pbatione ꝯsequētie cū dicit. si nō sunt ꝯtraria. tūc erūt eiusdē ratōnis. ¶ Ad terciū dicendū q̄ maioz nō est vera. put trahit ad ppositū. non est em simile de tpe z de loco quantū ad simultatē essendi. qz tēpus est ens successiuū. z p cōsequēs impossibile est esse simul seu dare plures partes tēporis. sed loc⁹ vel vbi sunt de genere permanentiū. z pluriby talibz non repugnat simul esse. ergo licet de⁹ nō possit facere aliquid simul esse in diuersis tpibz. siue in tēpore priori simul z posteriori. qz talia nō possunt esse simul. tamē ex hoc nō sequit q̄n possit aliquid simul ponere in diuersis locis. qz pluribz locis nō repugnat simul esse. ¶ Ad quartū dicendū q̄ loquēdo de potētia dei. tūc cōsequēs nō est falsum. qz si in omi loco esset sacerdos celebrāns. tūc in omi loco esset corp⁹

Solutio Ad. 1.

Instantia Solutio.

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad. 4.

christi. ſz quicq̃d dei potest mediãte ſacerdo/
te. hoc potest etiã ſine eo. ergo dei p ſeipm po/
test corp⁹ ſuũ ponere in omi loco. Ad pbatio
nẽ dicendũ q̃ licet eſſe in omi loco ſua ppria
virtute ſit ppriũ ſoli⁹ dei. tamẽ in omi loco eſ
ſe in virtute nõ ppria ſed ſupioris. hoc nõ eſt
ppriũ ipſi⁹ dei. ⁊ p ꝯſequens videt eſſe cõmu
nicabile ipi create. qz nõ ponit creaturã extra
limites creature. Sic autez eſt in propoſito.

Ad.5. ¶ Ad quintũ. dicẽdo nego cõſequentiã. qz ſi
cut ſi dei duo corpa poneret ĩ vno loco. nõ p
pter hoc vn⁹ loc⁹ eſſet duo loca. ſic ſi vnũ cor
pus poneret in duobꝫ locis. nõ ppter ꝗ vnuz
corp⁹ eſſet duo corpa. ¶ Ad pbationẽ dicen
dũ q̃ ſicut via nature locatũ cõmẽſurat ⁊ cõ/
numerat loco. ſic ecõuerſo loc⁹ ꝯnumerat lo/
cato. Et ſicut via diuine potẽtie locus ſic cõ/
menſurat locato. q̃ tamẽ nõ cõnumerat loca
to. qz plura corpa realiter differẽtia quoz qd
libet p ſe equat toti loco. poſſunt ſiml' eſſe ĩ eo
dem loco. ſicut quilibet catholic⁹ habet ꝯcede
re. ſic via eiuſdẽ potẽtie locatũ ſic cõmenſurat
loco q̃ tamẽ nõ ꝯnumerat loco. qz poteſt eſſe

Ad.6. vnũ loco pluriſicato. ¶ Ad ſextũ nego cõſe/
quentiã. Ad pbationẽ dicẽdũ q̃ illo caſu po/
ſito. tũc ambe virtutes puta virt⁹ calefactiua
⁊ frigefactiua. vel attingũt illud corp⁹ ſm eã
dem partẽ ſui. vl' ſm aliã ⁊ aliã. ſi ſm eandem
partẽ. tũc vel ille due virtutes ſunt omino eq̃
les. ⁊ ſic illa pars corpis nec erit calida nec fri
gida. qz ppter equalitatẽ illaz cõtrariaz vir/
tutũ ſic vna impediet aliã. q̃ illa pars corpis
vel nihil recipiet ab eis. vel ſi aliq̃d recipiet ꝗ
erit qualitas media. puta nec frigiditas nec
caliditas. ſz poti⁹ tepiditas. ¶ Vel erũt ineq̃
les. tũc qualificabit illa pars ſm modũ exce/
dentis virtutis. ⁊ nõ exceſſe. ⁊ ideo vl' erit tan
tũmodo illa pars calida. ſi calor obtinet victo
riã. vl' ecõuerſo erit tantũmodo frigida. ſi vir
tus frigoris vincet calorẽ ignis. ¶ Si vero at
tingũt illud corp⁹ ſm aliã ⁊ aliã partẽ. tũc in
illis diſtinctis partibꝫ poſſunt induci oppo/
ſite qualitates. ſicut nũc poſſet accidere ſi pe/
des alicui⁹ hominis ponerent in glacie. ⁊ ma

Ad.7. nus in igne. ¶ Et per idẽ patet ad ſeptimuz.
qz vel tẽperies ⁊ intẽperies in illis duobꝫ locꝭ
ſic erũt ppꝛcionate. q̃ quantũ vna poteſt no
cere. tantũ altera pdeſt. ⁊ tũc illd̃ animal ma
nebit in eodẽ ſtatu ſanitatis quo fuit anteqz
ad illa loca veniret. Vel vna vincet aliã. ⁊ tũc
ſm exceſſum vincẽtis qualificabit illud aial.
Nã ſi vincet intẽperies. tũc erit infirmũ. Si
vero vincet tẽperies. tũc erit magis ſanũ. Pa

tet ergo q̃ negãda eſt ꝯſequẽtia. ¶ Ad octã Ad.8.
uum negari poteſt cõſequẽtia. qz poſito ante/
cedente in eſſe. poſſibile eſt cõſequẽs nõ eſſe.
ſi em vnũ corp⁹ virtute diuina poneret ĩ plu
ribꝫ locis. tũc poſſet dei facere q̃ illud corpus
ſemp ſimili modo ſe haberet in omibꝫ illis lo
cis. Ex quo patz q̃ ĩ iſta ratõe ⁊ in multis alis
pcedentibꝫ ⁊ ſequẽtibꝫ eſt fallacia ꝯſequẽtis.
Sicut em quilibet diceret hãc ꝯſequẽtiã nõ
valere. ſi ſortes currit ſortes diſputat. qz nulla
eſt neceſſitas ſortẽ currentẽ diſputare. Cõſe/
quẽtia vero quantũ deficit a neceſſitate: tantũ
deficit a veritate. Sic in omibꝫ ratõibꝫ iſtis
vbi tale ponit cõſequẽs. q̃ virt⁹ diuina poteſt
puenire ne cõtingat. ſuppoſito q̃ vnũ corpus
eſſet in pluribꝫ locis. ibi ſemp deficit virt⁹ cõ
ſequẽtie. ¶ Forte diceẽt q̃ intentio iſtorũ do/ Instantia
ctorũ nõ eſt q̃ cõſequẽs accipiat de meſſe. ſed
de poſſibili. Verbi gratia. Dicat ſic. Si vnũ
corp⁹ eſſet in duobꝫ locis. tũc poſſibile ẽ ipm
quieſcere in vno loco. dũ actu mouet in alio
loco. Sz hoc eſt falſuz. qz poſſibile ſi ꝯtingit
nullũ ſequit impoſſibile. ſz iſto poſito in eſſe
ſequit impoſſibile. ſ. mãifeſta ꝯtradictio. Nã
qd̃ mouet nõ quieſcit. ⁊ qd̃ quieſcit nõ moue
tur. ergo vnũ ⁊ idẽ ſiml' quieſcit ⁊ nõ quieſcit
mouet ⁊ nõ mouet. ergo primũ antecedẽs. ſ.
vnũ corp⁹ ſimul eſſe in diuerſis locis ex quo
iſta ſequit eſt impoſſibile. ¶ Si alicui vide Soluti⁹
retur q̃ omibꝫ modis eſſet impoſſibile idẽ cor
pus ſiml' quieſcere ⁊ moueri. ille etiã iſtã cõſe
quentiã haberet negare. Nã poſito q̃ idẽ cor/
pus eſſet ĩ diuerſis locis. tũc diceret ille q̃ dũ
quieſcit in vno loco p tunc nõ eſt poſſibile q̃
moueat in alio loco. Cũ licet poſſibile ſit il/
lud corp⁹ moueri tũc quãdo quieſcit. tamẽ ñ
eſt poſſibile p tunc. Et ideo licet illud poſſi/
bile ſit quãdoqz in eſſe pombile. tamẽ nõ eſt ĩ
eſſe pombile p tũc. ſ. quãdo quieſcit. qz p illo
tũc eſt impoſſibile. ¶ Etiã ꝯceſſa cõſequẽtia Soluti⁹
adhuc poſſet dici q̃ ꝯſequẽs ñ eſt omino im alia.
poſſibile. qz dato q̃ impoſſibile ſit idẽ corpus
ſimul quieſcere ⁊ moueri ſup eadẽ magnitu/
dine ⁊ ſm idẽ vbi. tamẽ ſm diuerſa vbi ⁊ ſup
diuerſis magnitudinibꝫ hoc nõ eſt impoſſi/
bile. ¶ Et cũ dicit. q̃ ſequit idẽ ſiml' moueri Instantia
⁊ nõ moueri. q̃ ſunt cõtradictoria. ¶ Dico q̃ Soluti⁹.
ſicut moueri ⁊ nõ moueri ſup eadẽ magnitu/
dine. diuerſis tamẽ tpibꝫ. nõ ſunt ꝯtradicto/
ria. ſic moueri ⁊ nõ moueri eodẽ tpe. tamẽ ſm
diuſa vbi. ⁊ ſm aliã ⁊ aliã pſentiã. ⁊ ſup alia
⁊ alia magnitudine nõ cõtradicũt. Da oppo
ſitũ tũc quãdo corp⁹ chriſti realiter exiſtens

psens in altari nō mouet. pro tūc impossibile
esset ipm moueri in celo vel in quocunqz alio
loco. qd̄ nullꝰ catholicꝰ dicere deberet. Ad hoc
em̄ q̄ aliquis terminꝰ affirmatꝰ z negatꝰ d̄ eo
dem subiecto cōtradictoria implicet. nō suffi
cit q̄ affirmet z neget de eodē re z nomine. sed
requirit q̄ hoc fiat fm idē z respectu eiusdē z
in eodē tēpore. vt patet p̄mo elenchoꝝ. Cum
igit in ppōsito moueri z nō moueri nec acci
piant respectu eiusdē magnitudinis. nec fm
vnū z idē vbi. nec fm eandē plentiā. ideo pa
Instantia tet q̄ nō sunt cōtradictoria. ergo ꝛc. ¶ Forte
dicet q̄ opposita priuatiua inferūt opposita
cōtradictoria. semp em̄ priuatio infert cōtra
dictoriā negationē illiꝰ cuiꝰ est priuatō. sicut
cecū infert nō videns. z iniustū nō iustū. Hz
quiescere z moueri sunt priuatiue opposita.
Solutio alia. ergo ꝛc. ¶ Respōdeo q̄ licz ppositio affirma
tiua de pdicato priuato inferat ppositionē ne
gatiuā de pdicato finito. vt patet p̄mo prioꝝ.
z secūdo peri armenias. tm̄ ppositio affirmati
ua de pdicato priuato cū pcisione certe deter
minatōis accepta. nō infert ppositionē nega
tiuā de pdicato finito. omīmode siue simplici
ter z absolute. sz solū put est limitata p eandē
pcisionē seu determinationē. qua limitata est
illa de pdicato priuato. Nō em̄ sequit sortes
est cecꝰ fm vnū oculū. ergo sortes ñ est videns.
quāuis bene sequat ergo ñ est videns fm vnū
oculū. Cuiꝰ ratio est. qz in priuatiuis z nega
tiuis illationib illatū nō debet esse vniuersali
us inferēte. ¶ Posito igit q̄ vnū corpꝰ virtu
te diuina sit in duob locis. quoꝝ in vno mo
ueat z in alio quiescat. tunc quies cōpetit illi
corpi cū certa determinatōne quantū ad illū
locū in quo quiescit. ergo licet ex hoc possit in
ferri q̄ ñ moueat in illo loco i q̄ quiescit. tamē
absolute nō potest inferri q̄ nō moueat. quia
tūc illatū esset vniuersaliꝰ inferēte. z per cōse
quēs cōmitteret fallacia fm quid ad simplici
ter. z similiter fallacia ꝛsequētis ¶ Ad nonū
Ad.9. nego ꝛsequentiā. qz corpꝰ illud possz esse glo
rificatū vel nō animatū. z per cōsequēs nullo
indigeret cibo. Posito tamē q̄ cibo indigeret.
tūc in quocūqz locoꝝ suoꝝ esset cibo saturatū.
in nullo alio loco esset famelicū etiā dato q̄ p
Ad.10. tūc nihil comederet in q̄cūqz alio loco. ¶ Ad
decimū nego cōsequentiā. Primo qz deꝰ pos
set tale corpꝰ ponere in diuersis locis q̄ nullo
modo esset cōbustibile. Secūdo qz dato q̄ es
set cōbustibile. adhuc posset facere q̄ nunqz
attingeret ab aliquo igne Positis tamē vtris
qz. adhuc nō sequeret illud qd̄ inferet. qz si illi
ignes essent equalis virtutis. z equaliter ap
proximati ad illud lignū in duob locis posi
tum. tūc in quolibet loco solū fieret medietas
illiꝰ ignis qui de illo ligno factꝰ fuisset si vnū
locū tantū occupasset. qz tantū vnꝰ ignis cō
bussisset de illo ligno quantū aliꝰ. z quantū i
vno loco de illo ligno cōsumptū fuisset. tantū
defecisset in altero. ¶ Si autē illi ignes fue
rint inequales in virtute. tūc quantū virtus
vniꝰ excederet virtutē alteriꝰ. tantū de illo li
gno plus ꝛsumeret in vno loco qz in alio. z fi
eret maior ignis. ¶ Si etiā in vno loco to
taliter hmōi lignū cōbureret nihil de ipo ma
neret in alio loco. ¶ Ad vndecimū dicendū Ad.11.
q̄ cōsequentia nō est vera. qz dato q̄ quilibet
istoꝝ masticando pomū totū traijceret i sto
machuz suū. tamē nec totū pomū nec aliqua
pars eiꝰ cōuerteret in carnē vtriusqz comedē
tis. sz tanto vnꝰ istoꝝ plus in se cōuerteret qz
alter quāto eiꝰ virtꝰ digestiua excederet virtu
tem alteriꝰ in vigore. Q, si nlla excederet ali
am. tūc quilibet cōuerteret in se medietatē illi
us pomi. ¶ Ad duodecimū nego ꝛsequētiā Ad.12.
Nā si vnū animal esset in mille locis. quādo
mortuū est in vno. in omib mortuū est. Cū
em̄ christꝰ tradidit corpꝰ suū verū z viuū di
scipulis suis in cena. si hmōi corpꝰ fuisset re
seruatū in mille pixidib. sicut nūc solet reser
uari in ecclesijs. in meridie diei crastine quā
do hoc corpꝰ mortuū fuit in cruce. in omib
illis pixidib mortuū fuisset. Sic in ppōsito
ꝛc. ¶ Forte dicet q̄ ista solutio ꝛtradicit his Instantia
que dixi in solutōne octaue ratōnis respōdē
do ad vltimā instantiā ibi factā. qz si ad pdi
catū priuatū cū determinatōne sumptū. non
potest inferri pdicatū negatū nisi sumat cū ea
dem determinatōne. tūc ad istā. christꝰ ē mor
tuus in cruce. solū sequebat ista. christꝰ ñ est
viuus in cruce. z nō ista absolute. christꝰ nō
est viuꝰ. z per cōsequēs ex morte corpis chri
sti in cruce. nō poterat argui mors eiꝰ in pixi
de. nec ad mortē animalis in vno loco seqret
mors eiꝰ in omī loco dato q̄ esset i pluribꝰ lo
cis. ¶ Respōdeo q̄ determinatio pdicta cir Solutio.
ca pdicatū priuatū dupliciter potest cōside
rari. Uno modo vt est necessario req̄sita ad
veritatē ppositionis. Alio modo vt nō exigit
ad veritatē ppositōnis. qz ppositō est simpli
citer z absolute vera pter illā determinationē.
si tamē adijcit tūc exprimit aliquē modū cir
ca hmōi veritatē. ¶ Primo modo accipien
da sunt illa que dixi in octaua solutōe. qd̄ pa
tet p exempla q̄ posui. quia de illo qui est cecꝰ

solū in vno oculo. cecū esse non verificatur nisi exprimat illa determinatio scilicet q̃ sit cec⁹ in vno oculo. ¶ Sed secūdo modo sunt intelligenda ea que dixi in ista solutōne. In illa em hora quādo anima christi separata fuit a suo corpore. absolute ⁊ simpliciter hec p̃positio fuit vera. corpus christi mortuuz est. nulla adiectōne facta de cruce. si tamē addebatur dicendo. corpus christi mortuū est in cruce. hoc non fiebat p̃ verificatōne p̃ppositōnis. que preter hoc absolute ⁊ simpliciter fuit vera. sed solū dabatur intelligi quo instrumēto moꝛs infuit sibi. ¶ Ad tredecimū dicendum q̃ minoꝛ non est vera. quia etiā p̃m hūc venerabilē doctoꝛē qui facit hāc rationē. vna res p̃ vnā ⁊ eandē naturā nō solū in distinctis speciebꝫ. verū etiā in distinctis generibꝫ esse potest p̃pter solā diuersitatē modorū eiusdem nature. ¶ Nam motus in se vnus existēs vt procedit ab agente est actio de predicamento actōnis. vt est quid illatū in patiente est de predicamento passionis. vt est quedā natura successiua cōtinua est de p̃dicamento quāritatis. sed vt terminatur ad illud qd̃ p̃ motum acquirit. tunc reducit ad eandē speciem cū termino ad quē. Ista omia clare patent diligenter intuenti textū ⁊ cōmentū tercij phisicoꝛ. ¶ Ad decimūquartū dicendū q̃ nō est simile de puncto ⁊ de corpore. quia corpus dicit entitatem separabilē a loco in quo est. punctus autē n̄ dicit entitatē a linea separabilem. ⁊ ideo licet vnū corp⁹ virtute diuina possit esse in distinctis locis. tamē vnus punct⁹ nulla virtute potest esse in distinctis lineis.

Ad.13. Ad rōnes Egidij

Ad.14.

¶ Qui tamē omnino vellet sustinere q̃ deus vnū punctū posset creare in principio duarū linearum eque distantiū. ille haberet dicere q̃ plures linee terminate ad vnū punctum nō concurrūt precise p̃pter puncti vnitatez. nisi huiusmodi punct⁹ sit in eodē situ positus. et quia in p̃posito iste vnus punctus respiceret duplicē situz. ideo linee per ipsum terminate non cōcurrerent. ¶ Ad decimūquintū dicendum q̃ relationes expresse per modū priuationis ⁊ habitus possunt simul cōuenire eidem rei ratione eiusdē fundamenti respectu diuersorum terminoꝛ. sicut idē pomū informatuz rubedine. ratione eiusdez rubedinis est simile pomo rubeo ⁊ dissimile pomo viridi. etiā eedem appellatōnes respectu eiusdē termini ratione duorū fundamentorū poterunt cōuenire simul eidem rei. ¶ Nam idem pomum existens rubeum ⁊ dulce potest alteri pomo existēti rubeo ⁊ amaro seu pontico esse simile ratōne rubedinis. ⁊ dissimile ratōne dulcedinis. Cum ergo localis distantia ⁊ indistantia sint quedam relatōnes expresse p modū priuationis ⁊ habit⁹ fundate in re locata mediāte ipso vbi. ideo ratōne vnius vbi eadē res potest simul esse distans ⁊ indistans respectu diuersorū terminorum quoꝛ vnus est sibi cōiunctus ⁊ alter ab eo disiunct⁹. ⁊ eadē res habēs duo vbi erit simul distans ⁊ indistans respectu ei⁹ loci. nā ratione illius vbi qd̃ sortita est ex circūscriptione illius loci est indistans ab isto loco. sed ratōne alterius vbi qd̃ sortita est ex circumscriptōe alterius loci est distans ab isto loco. ergo ⁊c. ¶ Forte dicetur q̃ hic concedā priuatiue opposita simul eidē inesse. qd̃ tamē superius negaui. ¶ Respondeo q̃ licet similitudo ⁊ dissimilitudo p̃ut alicui conueniunt ratione eiusdem fundamenti respectu eiusdē termini sint priuatiue opposita. tamē quocūq̃ istoꝛ mutato fundamēto scilicet vel termino. tūc non sunt priuatiue opposita. licet ratibꝫ nominibꝫ exprimant p̃pter penuriā vocabuloꝛ. ideo licet primo modo nunq̃ possint simul eidē inesse. tamē hoc possunt secundo modo. quia vt sic nō sunt opposita. ¶ Et eodem modo dicendū est de distantia ⁊ indistantia. ¶ Et ideo in primo ingressu isti⁹ solutionis notanter dixi relatōnes expresse per modū habitus ⁊ priuatōnis. ⁊ non dixi relationes priuatiue opposite. ¶ Patet etiā ex iā dictis q̃ falsum assumit in argumento quando dicit. q̃ si vnū corpus esset in duobꝫ locꝫ. tunc idem simul referret oppositis relationibus. ⁊ hoc si illa oppositio intelligitur priuatiua. Si autē intelligit de oppositōne relatiua. tunc adhuc falsa est cōsequentia. quia sicut simile simili opponit relatiue ⁊ nō dissimili. sic distās opponit distanti relatiue ⁊ nō indistanti. talia em̄ sunt relatōes similū nominū. vt patet in p̃dicamētis. ergo ⁊c. ¶ Ad sedecimū nego minoꝛē. nā licet angelus propria sua virtute nō possit simul esse in pluribus locis vt plura sunt. potest tamē hoc diuina virtute. ¶ Ad decimūseptimū dicendū q̃ licet ista ratio sit apparens valde. tamē quilibet catholicus habet eā soluere. quia per eundem modū arguendi p̃bari potest corp⁹ christi nō esse in altari. nisi extra suā propriā superficiem ponatur. que superficies est adequate cōmensurata cōcaue superficiei in qua localiter cōtinetur in celis. Sicut igit non obstante illa adequata cōmensuratōne quā corpus

Instantia

Solutio.

Ad.15.

Ad.16.

Ad.17.

christi pro nūc cū loco suo in celis habet. ipm
infra propriā suā superficiē manens reperitur
Instantia in altari. sic in ppositō ꝛc. ¶ Forte dicet q cō
Solutio. tra arguere nō est soluere. ¶ Ideo respōdeo
ad rationē. ꝛ dico. q illa cōmēsurata possunt
dupliciter cōsiderari. Uno modo fm cursuz
naturalē. Alio modo per cōparationē ad su/
perioze ꝛ illimitatā virtutē que vni illozū tri/
buere potest quandā illimitationē per cōpa/
rationē ad alteꝝ. Primo modo maior istius
rationis est vera. sz secūdo modo nō est vera.
quia nō obstante illa cōmensuratōne. tamen
virtꝰ diuina que est infinita ꝛ totaliter illimi
tata. potest vni illoz respectu alterꝰ tribuere
talē illimitationē q pluribꝫ alīs possit cōmē
surari inuiolata tamē permanēte cōmensura/
tione cū illo primo. ꝛ per cōsequēs aliq̄d ma/
nens infra superficiē hoc modo illimitatā pt
inueniri extra superficiē sibi cōmensuratā. cui
talis illimitatio nō est cōmunicata. ¶ Quā
uis igit superficies corpis christi cōmensuret
loco sibi coequali ī celis. tamē cōmunicata si/
bi p diuinā potentiā pdicta illimitatōe respe/
ctu illi loci poterit cū corpe christi alibi repe
ri. quāuis cōmensurata remaneat illi loco ce
lesti. Et eodē modo dico de quolibet alio cor
pore si deꝰ vellet ipm in pluribꝫ locis ponere.
¶ Ad pbationē illi maioris dicendū q ille
due superficies erūt adequate quantū ad co/
extensionē in eodē situ. qz vt sic nec est excedēs
nec excessuz inter eas in illo situ. Et possūt di
ci inadeq̄te quantū ad virtutē vel illimitatio
nē cōmunicatā vni que nō est cōmunicata al
teri. vt sic autē adequatū ꝛ inadequatū nō cō
Ad.18. tradicūt. ¶ Ad decimūoctauū dicendū q esse
in pluribꝫ locis siml cōuenit corpi christi p/
ut obedientiali potētia est diuine volūtati sb/
iectū in tantū q omē illud potest īmediate de
Ad.19. ipo fieri qd placet diuine volūtati. ¶ Ad de/
cimūnonū patet per ea q dicta sunt ad argu/
Ad.20. mentū. xv. ¶ Ad vicesimū dicendū q infini
ta virtute dei hoc qd est hic potest esse alibi. et
qd est alibi potest esse hic. quāuis hoc ꝗ tute
Ad.21. naturali fieri ñ possit. ¶ Ad vicesimūprimū
dicendū q cōsequens nō est falsuz. sicut patz
ex his que dixi in solutōne quarte rationis.
Ad.22. ¶ Ad vicesimūsecundū. pīsuppositis his q ī
solutōne prime ratōis dixi de termino a quo.
respōdeo ad minorē illi ratōis. ꝛ dico ad pre
sens. q q̄uis duo vbi sint incōpossibilia via
nature. tamen nō sunt incompossibia via di
uine potentie. Sicut em filiū parere ꝛ virgi/
nē purissimā permanere incōpossibilia sunt
via nature. ꝛ tamē per diuinā potentiā cōpos/
sibilia sunt in ipsa gloriosa virgine. sic in ppo
sito ꝛc. ¶ Ad vicesimūtertiū nego ɔ sequētiā Ad.23.
Ad pbationē nego maiorē. maxime quādo
illud tertiū est illimitatꝰ his q cū eo siml es/
se dicunt. anima em rationalis est tota in qua
libet parte corpis. vt patet p augustinū in ser/
mone d imagine. ita q respectu cuiuslibet par
tis habet talē illimitationē. q pt esse cum alia
parte. ideo nō sequit anima est siml cū manu
ꝛ est siml cū pede. ergo pes est simul cū manu.
Et eadē ratōne nō sequit sortē ꝛ platonez esse
simul. dato q deꝰ sit rome simul cū platone. ꝛ
parisiꝰ siml cū sorte. Sic in ppositō. qz virtu
te diuina illud corpꝰ esset illimitatū respectu
cuiuslibet loci q̄ simul esset cū eo. ideo ñ opor/
teret hmōi loca esse simul. Ad pbationē illi
maioris patet per idē. qz si illud tertiū est illi/
mitatius his que dicunt et idē. tūc nō oportet
q vsqz quaqz sint idē inter se. Dato em q enti/
tas specifica esset res vna. sicut ponūt quidaz
doctozes. tunc oporteret dicere q duo homi/
nes particlares puta sortes ꝛ plato essent idē
realiter illi vni entitati. ꝛ tamē differrēt reali/
ter inter se. ꝛ hoc ppter illimitationē illi vni
entitatis respectu cuiuslibet hominis particu
laris. ¶ Et q dāmodo eadē ratōe quelibet di
uina persona est omino idē diuine essentie. li/
cet diuine persone realiter differāt inter se. qz
quo ad modū identificādi. tūc diuina essen/
tia aliquo modo illimitate se habet respectu
cuiuslibet diuine psone. eo q quelibet persona
sit omino idē essentie tamē nō est omino idez
alteri persone. ¶ Etiā patet pdictā rationē es/
se fallacē. qz simliter cōcludit q accidētia re/
manentia in sacramēto altaris sint simul cuz
loco quē christꝰ replet in celis. qz corpus chri
sti eadē hora quādo est simul cū illo loco ī ce/
lis. est etiā simul realiter psentia cū istis acciden
tibꝫ. ¶ Est etiā aduertendū q ad tenendū p/ Exempla.
dictam cōclusionē me inclināt exēpla que se/
pe legimus in legēdis sanctoz. Legimus em
in legenda de assumptione virginis gloriose
christū cū ceteris apostolis psentē fuisse cū be
ata virgo migrauit ab hoc seculo. nec ppter
ꝗ videt dereliquisse. p tunc locū in celis. alias
nō esset verū verbū beati augustini positū in
decretis. de cōse. dist. ij. c. Prima heresis. quo
ait. Donec finiat seculū surlsuz est dominus.
Et loquit ibi de christo fm corporalē substā/
tiam. ¶ Item legitur in legenda de sancta mar
tha. q postq̄z obijt beata martha. christus in
ppria persona interfuit exequijs. ꝛ ipsam per/

sonaliter sepeliuit. ¶ Item legit ibidem q̃ christus apparuit sancto frontoni epo petragorienſi ⁊ inuitauit eũ ad exequias beate marthe dicẽs Veni fronto. iuua me martha meaz sepelire. Et vt ibidem habet sanctus fronto vestitus suis pontificalibus interfuit cũ domino ihesu christo exequijs sancte marthe. ⁊ nihilominus nõ defuit in loco vbi christus eũ ad hmõi exequias inuitauit. ¶ Etiã beatus ambrosius cũ ꝑsens esset mediolani infra missarũ solẽnia. ipe idez dicit interfuisse exequijs beati martini in ciuitate turonensi.

Articulus secundus et tercius.

Quãtum ad secundum ⁊ tercũ articulũ causa breuitatis simul respondeo cũ innocẽtio tercio. qui sic ait. Sicut filius dei per diuinã naturã habet triplicem modũ existẽdi in rebus. qz in omnibus est ꝑ essentiã. in iustis per gratiã. ⁊ in natura assumpta per vnionis efficaciã. ita corpus eius habet triplicem modũ essendi. Est enim i celo localiter. in verbo personaliter. in altari sacramẽtaliter. Secũdm quidem eius esse naturale i celo est i vno loco. fm esse ꝑsonale nõ est in loco. fm esse sacramẽtale est in pluribus locis. ¶ Ex qua autoritate patet illud qd petit in his duobus articulis. ¶ Et qz horũ articulorũ materiã ratio nõ attingit. ideo hac autoritate ꝓtentus trãseo

Articulus quartus.

Quãtũ ad quartuz articulũ est aduertendũ q̃ duplex est humana noticia seu cognitio. s. sensitiua: ⁊ intellectiua. Et hec duplex est. s. viatoris: ⁊ comphensoris. ¶ Et fm hoc pono tres conclusiones.

Conclusio prima

¶ Prima est q̃ nulla cognitõne sensitiua potest cognosci corpus christi ibi esse vbi est sacramentaliter. Quia sensus visus suo actu ad hũ nõ potest attingere. ergo nullus alius sensus. Cõsequentia patet. qz si aliquis sensus hũ posset. ille maxime videret esse sensus visus. eo q̃ plures nobis rez differẽtias demõstret. vt dicit ꝑmo methaphi. Antecedẽs ꝓb. qz vbi nihil apparet de rei quantitate. ibi nihil est qd sensuz visus obiectiue possit mouere. sed sub specieby panis nihil apparet de quãtitate corporis xpi. nec etiaz sub specieby vini. ergo ꝛc. Maior patz. quia omne qd obiectiue deberet visum mouere oportet q̃ appareat tante quãtitatis q̃ possit fundare basim trianguli visualis. cuius conus pertingat vsqz ad oculũ. vt ꝑbatur in perspectiua. Minor etiã patet. ⁊ declarabit in questione ꝓxime sequẽti ¶ P. cõfirmatur illud antecedẽs sic. Quantũcunqz aliqd corpus sit lucidũ ⁊ coloratũ. tamẽ vbi nihil appet de sua luciditate vel colore. ibi oculus corporalis nihil de eo potest videre. sz nõ obstante q̃ corpus christi sit coloratuz ⁊ valde luminosum. eo q̃ sit glorificatũ. tamẽ de eo nihil apparet. put sacramẽtaliter existit sb specieby panis ⁊ vini. ergo ꝛc. ¶ Sed est quidã doctor qui licet nõ teneat oppositũ istius conclusionis arguit tamẽ cõtra eã sic. Corpus christi vt existit sub specieby panis sacramentaliter nõ est ꝑsens alicui qd sit minus minimo sensibili. Ista patet. quia nõ est ꝑsens alicui indiuisibili. Sed minimũ sensibile potest percipi a sensu perfectissimo. vt patet p arestotel. in de sensu ⁊ sensato. ergo corpus christi existẽs sub sacramẽto potest percipi ad minus sensu perfectissimo. ⁊ per cõsequens oculo glorificato. quia ille oculus habet perfectissimũ visuz. ergo ꝛc. ¶ P. hoc idem quidã alij arguũt sic. Si beatus habens oculũ glorificatũ non videret clare corpus christi esse in sacramento. tũc circa hoc posset errare. vel ad minus dubitare. vtrũ adhuc sub talibus accidentibus esset substantia panis vel nõ. sed perfecta beatitudo excludit ñ solũ errorẽ sz etiã dubietatẽ. ergo ꝛc. ¶ Ad primũ dicendũ q̃ licet corpus christi sit totum ꝑsens toti quãtitati panis cõuersi i ipm. ⁊ cuilibet parti eius. tamẽ sic est ꝑsens q̃ nec coextendit toti illi quãtitati. nec alicui parti eius. ideo ratõne illius ꝑsentie nõ cõuincit q̃ ab aliquo sensu possit percipi ibi esse. eo q̃ nulla sua extensio appareat fm illud esse. ¶ Ad secundum nego maiorẽ. quia dato q̃ aliquis nũc existens beatus corpore ⁊ anima. oculo suo corporali nõ videat essentiã diuinã vel aliquam substantiã separatã. tamẽ talis ꝓpter hoc nõ dubitat nec errat circa illa. Sic in proposito ꝛc. ¶ Forte dicet q̃ nõ solũ de possibili. verum etiã de facto corpus christi quãdoqz visum est sub sacramẽto. Scribit enim paschasius diyaconus in suo libro de sacramẽto. q̃ cuidam sacerdoti deuoto apparuit christus sub specie pulcerrimi pueri in eucharistie sacramẽto. Quẽ puerum sacerdos osculabat deuotissime. Quo facto ad ꝑces sacerdotis illius disparuit illa apparentia. ad hoc q̃ sacerdos posset sumere sacramentũ. ¶ Etiã vt legit in legenda beati gregorij sibi apparuit sacramentũ per modũ carnis habentis figurã digiti. ¶ Respondeo q̃ in talibus apparẽtijs nõ videt corpus christi imediate. quia corpus christi put habet esse sacramentaliter. nõ excedit species sacramenti.

Scotus 1

2 Alij ad id

Solutio. Ad. 1.

Ad. 2.

Instantia

Solutio.

sed tales apparentie excedūt huiusmodi species. Unde in talib̄ apparentijs min⁹ immediate videtur corpus christi q̄z quādo videtur sub specieb̄ panis. quia in tali apparētia est duplex velamē. Nā talis apparētia velat species panis. ⁊ species panis velat corp⁹ christi Sed nō existēte hmōi apparētia. est ibi solū vnū velamen. ſ. species panis. ¶ Forte dices q̄ ille p̄ er posset ita paru⁹ apparere q̄ excederetur a specieb̄ sacramēti. ¶ Dico q̄ adhuc nō videt verū corp⁹ christi. q̄ corp⁹ christi si videret in sua ꝓpria quātitate multū excederet species sacramēti. cū ipe magnus fuerit in corpore. vt cōmuniter dicit. ¶ Cōclusio secūda est. q̄ corp⁹ christi esse sub sacramēto. non potest euidēter cognosci cognitōne naturali ab intellectu viatoris. Quia illud qd̄ sola fide tenet. hoc nō cognoscit euidēter cognitōe naturali ab intellectu viatoris. sed corp⁹ christi esse sb̄ illis specieb̄ sola fide tenet. ergo ꝛc. Maior patet. q̄ fides est credere qd̄ nō vides. ⁊ ꝑ cōsequens nō euidēter naturali cognitōne cognoscit qd̄ sola fide tenet. Minor etiā patet. q̄ istud comp̄hendit sub. ꝓ. articulo fidei quo dicit. Credo in sanctā ecclesiā catholicā sanctoꝝ cōmunionē. ¶ P. illd̄ ad cuius cognitionē null⁹ infidelis naturaliter potest induci. hoc non est euidēter cognoscibile naturali cognitōne. Istud est hmōi. vt de se patet. ergo ꝛc. ¶ P. eadē sensibilia eodēz mō se habētia in exteriori apparētia nō variāt naturalem cognitionē talis intellect⁹ qui naturaliter est apt⁹ natus cognoscere ex sensibilib̄ Sed accidētia panis postq̄z est sub eis verū corpus christi sunt eadē que primo fuerūt cū substātia panis. ⁊ eodē modo se habēt quātū ad exteriorē apparentiā. ⁊ intellect⁹ viatoris est aptus nat⁹ cognoscere ex sensibilib̄. ergo sicut intellect⁹ viatoris ante cōuersionē iudicabat sub illis accidentib̄ esse substantiā panis. sic hoc idē iudicabit post cōuersionē cognitione naturali. alias ei⁹ cognitio esset variata. Maior patet de se. Minor habet tres partes. quaꝝ prima patet ex fide. secūda patet ex sensibili experiētia. Tercia patet i naturali philosophia. ſ. p̄mo de aīa. ⁊ p̄mo posteriorū. ¶ Forte ꝯtra istā ꝯclusionē dicetur sic. Qd̄ nō potest intelligi hoc nō potest enūciari. Ista patet in libro de cauſ. vbi dicit. qd̄ est sup̄ intellectū excedit narrationē. Patet etiā p̄mo peri hermenias. vbi dicit. q̄ voces sunt note eaꝝ passionū que sunt in aīa. Ab oppositō igit ꝯsequentis ꝓcedendo. cū viator possit

Instantia

Solutio

Cōclusio secūda.

1

2

3

Instantia

enūciare veridice existentiā corpis christi sb̄ sacramēto. sequit q̄ talē existentiā possit intelligere. ¶ Respōdeo q̄ maior nō est vera. loquēdo de euidēti cognitōe seu intellectōne. q̄ omēs articulos fidei enūciam⁹. q̄z uis eos naturali cognitōe hic in via euidēter nō cognoscam⁹. ¶ Ad ambas ꝓbatōes dicēdū. q̄ dato q̄ nō possit narrari vel ꝯcipi qd̄ nullo modo est cognitū. tm̄ sep̄ narrat ⁊ ꝯcipit qd̄ nō est euidenter cognitū. Tm̄ sufficit q̄ aliq̄d sit cognitū cognitōe creditiua i lumine fidei ad h̄ q̄ vere ꝯcipiat ⁊ narret. ¶ Tercia ꝯclusio ē q̄ cognitōe intellectiua comp̄hensoris euidēter cognoscit corpis christi existētia in isto benedicto sacramēto. Quia cognitōi enigmatice quā habem⁹ in via de his q̄ fidei sunt. succedit in patria clara visio ⁊ euidēs cognitio. Sz existentiā corpis xpi i sacro sub enigmate fidei hic i via cognoscim⁹. q̄ ꝛc. Maior patz ex dictis sanctoꝝ sup illo ꝟbo ps. Sicut audiuim⁹ sic vidim⁹ i ciuitate dm̄i ꝟtutū. Patz etiā. 1. ad Choꝝ. xiij. vbi ait apl's. Nūc videm⁹ p speculū ⁊ i enigmate. tūc aūt facie ad faciē. nūc cognosco ex pte. tūc aūt cognoscaz sicē ⁊ cognit⁹ sū. Minor etiā patet. q̄ q̄libet fidel' i via tenet credere p̄dictā existentiā. ¶ Ad argumentū principale dicendū ad minorē q̄ licet corp⁹ xpi i se ꝯsideratū sit vnū indiuiduū tm̄ sacraliter est i pluribꝫ locꝫ. put plura indiuidua sunt in ipm̄ ꝯuertibilia ¶ Etiā maior est falsa loq̄ndo d̄ esse i pluribꝫ locꝫ localit. q̄ nō obstāte q̄ aliq̄d sit indiuiduū. tm̄ manens indiuisuz de absoluta dei potētia pt esse in pluribꝫ locis localiter. vt patet ex his q̄ dicta sūt in articulo p̄mo istī⁹ q̄stionis.

Ad principale argu.

Hec ⁊ his similia. Postq̄z mgr̄ p̄misit predicti erroris recitationē ⁊ ꝓbationuz suaꝝ solutionē. hic sb̄mittit eiusdē erroris fidelē improbatōez. Et diuidit i duas ptes. q̄ p̄mo impbat istū errorē p euāgelicā veritatē. Scdo p sanctoꝝ doctoꝝ autoritatē. ibi. Itez ambrosi⁹. Et hec i tres fm q̄ p̄mo refellit istū errorē autoritate ambrosij. Scdo autoritate augustini. Et tercio autoritate eusebij. Partes patet. ¶ Hec est sentētia istī⁹ lectionis in generali. circa quā q̄ro in speciali.

Questio secunda.

Vtrū corp⁹ xpi sb̄ specieb̄ panis realiter ꝯtineat facta ꝯsecratōe p ipm̄ sacerdotē. ¶ Et videt q̄ nō. Q̄z realit ꝯtentū ab aliq̄ nō pt esse maj⁹ co. Sz corp⁹ xpi

est mlto maior qz sunt ille species. g tc. Maior patet. iij. phisi. Minor etiam est nota. qz qztitas illius panis est valde pua respectu vnius magni hois sic est xps. ¶ Contrariu pbat mgr in ista. x. distinctone autoritatibus multorum sanctorum. ¶ Multis suppositis ex pcedenti qstione ad istam materiam spectantibus. ad psens quattuor sunt videnda. ¶ Primo vtrum corpus xpi realiter ptineat sub pdictis speciebus. Secdo vtrum sub ppria sua qztitate ibi ptineat. ¶ Tercio vtrum sub qlibet particula hostie ve habeat ee totum corpus xpi. ¶ Quarto vtrum ad motum hostie ve moueat corpus xpi.

Articulus primus.

Quantum ad primum

est aduertendum q duplex est ptinentia. s. localis: et psentialis. ¶ Et sm hanc pono duas conclusiones. ¶ Prima e. q corpus xpi sub speciebus panis non ptineat realiter ptinentia locali. Ut omne qd sic continet. habet esse localit i suo ptinente. sz corpus xpi non e localit sub illis speciebus. g tc. Maior patet. Minore e pbm. qz illud qd non commensurat eqliter ei a q ptinet. hanc non est localiter i eo. sz corpus xpi non commensurat eqliter speciebus panis. qz maius et minus non sunt eqliter ad inuicem commensurata. sz corpus xpi est maius illis speciebus. g tc. ¶ Pro. qd locali ptinentia ab aliq ptinet. hanc suo ptinenti configurat. vel saltem configurat sibi continens. sz corpus xpi nec configurat speciebus sacramenti. nec configurat sibi hmoi species. g tc. Maior patet. qz si corpus xpi tentum est mollius continente. tunc configurat suo ptinenti. sicut apparet de liquore infuso alicui vasi. si aut e durius tunc configurat sibi ptinens. sicut apparet de homine qui ptinet in aere. Minor etiam patet de se. ¶ Secunda conclusio est q corpus xpi sub speciebus panis continet realiter continentia psentiali. Quia quicqd infra ambitum alicui est realiter psens. hoc continet ab eo continentia psentiali. sed verbis consecrationis dictis. tunc infra ambitum quantitatis ipsius panis conuersi in corpus christi. ipm corpus christi e realiter psens. ergo tc. Maior patet. Minore tenemus catholica fide. cui nephas est contradicere. ¶ Ad istam conclusionem pbandam non attingit ratio nisi supposita fide. ideo non adduco plures rones.

Pria conclo 1

Conclusio secunda.

Instantia 1

¶ Sz forte diceret q ista secunda conclusio contradicit pme. qz cuicumqz corporali quantitati corpus aliqd est realiter psens. in illa videt esse localiter. sed species panis q sunt realis quantitas corporis xpi est realiter psens. vt dicit secunda conclusio. ergo ptinet in eis localiter. cum oppositum dicit pma conclusio. Maior patet. qz vbicumqz est aliqd corpus realiter psens. ibi est sua realis quantitas q hmoi corpus commensurat ei cui psens est. et p consequens erit localiter i eo. Minor etiam patet ex secunda conclusione. ¶ Pro. si corpus xpi psentiali ptinetia sub illis speciebus ptinet. tunc maius ptinet a minori. nam corpus xpi est maius talibus speciebus. ergo tc. ¶ Pro. idem distaret a seipso realiter. Consequens est falsum. qz idem non refert oppositis relationibus. Sz distans dicitur a distante distans. sicut simile simili simile. Si ergo idem distat a seipso. sequit q idem refert simul oppositis relationibus. Consequentia etiam patet. qz si corpus xpi est realiter psens speciebus sacramenti. tunc realiter distabit a seipso vt habet esse in celo. et vt est in vno altari distabit a seipso vt est in alio altari. ¶ Pro. in sacramento pietatis nihil crudelitatis debet apparere. sed sacramentum sacre communionis est sacramentum pietatis. ergo sumptione illius sacramenti non debet masticari et realiter laniari corpus christi. qz carnes viui hois laniare valde videt esse crudele. hoc autem fieret si ptineret sub illo sacramento ptinentia psentiali. ¶ Pro. hoc qd non pdest nostre saluti hoc non est ponendum circa sacrm. sed corporis christi seu carnis psentia in isto sacramento non pdest nostre saluti. teste saluatore. qui loquens de isto sacramento Joh. vi. ait. spus est q viuificat: caro aut non pdest quicqz. ¶ Pro. iam dicta verba saluatoris tractans augustinus de cose. dist. ij. prima heresis. sic ait. Nonne hoc corpus qd videtis manducaturi estis. sacramentum qd vobis commendaui spualiter intellectum viuificabit vos. caro autem non pdest quicqz. ergo tc. ¶ Istis motiuis poterat forte moueri quidam ponentes q corpus christi non est realiter psens speciebus eucharistie. sz solum significatiue. Unde sm istos hec ppositio qua xps dixit. hoc est corpus meum. solum fuit vera figuratiue. sicut hec q dixit. ego sum vitis vera. vel significatiue. sicut hec q dixit. petra aut erat christus. ¶ Sz istud est erroneum et hereticum dicere. qd patet ex determinatione sancte matris ecclie. extra de sum. tri. et fide catho. c. Firmiter credimus. vbi expsse dicit q corpus xpi vere realit psens e i ipa eucharistia. Patet etiam de cose. dist. ij. c. ego berengarius. vbi berengarius de ista opinione errorem suum publice confitetur coram papa nicolao et aliis. cxiij. epis. ¶ Etiam contra istius erroris palliationem qua dicit xpm locutum fuisse figuraliter cum dixit. hoc est corpus meum. beatus augustinus. lxxxiij. q. q. lxix. vbi ait Unusquisq intellectus verbum xpi an loquat figuratiue an non. colligi pt ex pcedentibus et sequentibus

2

3

4

5

6

Opio erronea.

Contra eam.

ibidem. vel ex alijs locis scripture. Unde cū christ⁹ ait. ego sum vitis vera. subiūxit. ⁊ vos palmites. Cōstat autē q̄ discipuli non erant palmites naturales. iz tantū figuraliter. Sz cū dicit. hoc est corp⁹ meū. subdit. qd̄ p̄ vobis tradet. cū etiā dixisset. hic est calix sanguinis mei. subdit. qui p̄ vobis ⁊ p̄ multis effundet. Sz planū est q̄ christus suū verū ⁊ naturale corp⁹ tradidit p̄ nobis. ⁊ suū naturale sanguinē effudit p̄ nobis. ergo licet figuraliter loqretur cū dixit. ego sum vitis vera. tamē nō loqbat figuraliter. sz realiter. cū dixit. hoc est corpus meū. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ maior nō est vera. Ad p̄bationē dicendū q̄ licet corp⁹ per suā quantitatē quātitatiue seu mō quātitatiuo existēs p̄sens alicui: cōmensuret ei cui est p̄sens. tamē hoc nō cōtingit si quātitas est ibi. nō modo quātitatiuo. Sic autē ē in p̄posito ¶ Quia sicut dicit frater Egidi⁹ in p̄mo suo quolibet q̄stione q̄rta. q̄ztitas corporis christi in sacramēto isto non est modo quātitatiuo. qz est ibi mediāte substātia. ⁊ nō sicut cū substātia est alicubi mediāte q̄ztitate. tūc substātia est ibi modo diuisibili. ñ obstātē q̄ ipa de se sit īdiuisibilis. sic q̄ztitas corpis christi in sacramēto est mō indiuisibili q̄ztis ipa de se sit diuisibilis. ¶ Sz ōtra istō dictū doctoris arguūt quidam sic. Impossibile est quātitati ꝓuenire oppositū illi⁹ qd̄ est de sua formali rōne. ergo impossibile est q̄ztitatē ꝓtinuā esse alicubi mō īdiuisibili. Ant̄cedēs ptz. Probat ꝓsequētia. qz d̄ formali rōe q̄ztitatis ꝓtinue est habere ptes copulatas ad vnū terminū cōmunē. vt patz ī lib. p̄dicamētorū. sed hre ptes. ⁊ hre modū essendi indiuisibilē. hec mutuo sibi repugnāt. ḡ ⁊c. ¶ P. addūt isti q̄ nō est sil'e de substātia. qz hre ptes ⁊ esse diuisibile mediāte q̄ztitate h̄ nō repugnat formali rōe substātie. sicut nō hre ptes ⁊ hre esse indiuisibile repugnat q̄ztitati ꝓtinue ex sua formali rōe. ḡ ⁊c. ¶ P. sicut se habet q̄litas ad q̄litatē intēsiue. sic q̄ztitas ad q̄ztitatē extēsiue. sz impossibile est dare duas q̄litates eiusdez rōnis sibi mutuo p̄sentes q̄n vna sit intensior vl'remissior alia. vl'sil'is ei eq̄liter cū ea p̄ticipando hmōi rōez. ḡ impossibile est q̄ztitatez corpis xpi esse p̄sentē q̄ztitati panis. quin vna sit maior altera. vel minor. vel equalis. quorū quocūq; dato quātitas corpis christi nō poterit ibi esse modo indiuisibili. ¶ P. impossibile est corp⁹ esse animatū quin sit organicū. ⁊ p̄ ꝓseqns quantū habēs partē extra partem Ista patet. qz anima est act⁹ corpis organici phisici. vt habet. ij. de aia. Patet etiā ꝓsequētia. qz esse organicū est esse figuratū. omis aūt figura est quāta ⁊ habet partes. Sz corpus christi existēs in sacramēto altaris est aiatuz. alias esset mortuū. qd̄ est impossibile. qz cū in celo sit viuū si hic esset mortuū tūc simul esset viuū ⁊ mortuū. ergo corp⁹ christi erit ibi organicū. ⁊ p̄ ꝓsequens nō poterit esse indiuisibile. ergo ⁊c. ¶ Sz istis nō obstantibꝫ adhuc potest sustineri dictū fratris egidij. ¶ Ad cuius intellectū est aduertendū q̄ in corpe locato potest ꝓsiderari duplex positio. Una intranea. q̄ est ordo partiū ī toto. Et alia extranea. que est ordo partiū in loco. Prima positō est de intranea rōne quātitatis cōtinue. secunda nō est de intranea ⁊ formali ratōe quātitatis ꝓtinue. cū sit naturaliter posterior q̄ztitate cōtinua. ⁊ p̄ ꝓsequens quātitas ꝓtinua diuina virtute pt esse sine ista secūda positōe. quāuis nulla virtute possit esse sine p̄ma. qz q̄zuis nihil possit separi ab eo qd̄ est de sua intrinseca ratōne. tamē virtute diuina pt⁹ potest separi a suo posteriori. Q; autē positio illo secundo modo accepta sit posterior quātitate. patz qz p̄dicamentū sit⁹ est posteri⁹ p̄dicamēto quātitatis. ⁊ ipm naturaliter p̄supponit. Sz positio secūdo modo accepta est p̄dicamentū situs. vt patet. v. methaphi. ⁊ ī libro p̄dicamētorū. ac in lib. vi. principiorū. ¶ Saluo igit manēte ordine partiū in toto. de⁹ pt tollere ordinē partiū ī loco. Videm⁹ em de facto q̄ partes supmi celi habēt ordinē ī suo toto. ⁊ tamē nō habēt ordinē in loco. eo q̄ supremū celum nō sit in loco. Si em nō esset dare vnū supremū corpus sine loco. tūc in locis ⁊ locatis esset p̄cessus in infinitū. ¶ Vis bene intellectj possum⁹ respōdere ad ea que inducta sunt cōtra fratrē egidiū. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ cōsequentia nō valet. Ad p̄bationē dicendum ad minorē. q̄ licet habere partes. ⁊ habere modū indiuisibilē. omino tollentem ordinem partiū tam in loco q̄z in toto implicet cōtradictionē. tamē habere partes ⁊ habere modum nō diuisibilē quo ad extra. tollentem solūmodo ordinem partiū in loco. ⁊ nō tollentem ordinē partiū in toto. nullā implicat cōtradictionē. qz vt sic res illa est vere diuisibil' q̄ ad intra. licz q̄ ad extra nec sue ptes ꝓnumerentur partibꝫ loci. nec ipis coextendantur. ¶ Forte dicet q̄ quāuis deus possit vnū corpus creare extra omnem locum. cuius partes ita habebūt ordinē in toto. q̄ nō habebūt ordinē in loco. ⁊ ita erit hmōi corpus in se extē

Solutio Ad. i.

Egidius.

Cōtra egidium.

1

2

3

4

Pro egi.

nota d̄ duplici positione.

Solutio rationū cōtra egidiū. Ad. i.

Instantia

sum. qd tamē nō erit coextēsum. ppter absen/
tiā omniū illorū quibꝫ posset cōmensurari et
coextendi si essent sibi psentia. tamē deus non
potest quātitatē vni⁹ corporis ponere ī actu/
ali psentia alterius quātitatis. quin ex ipsis
resultet ordo partiū in loco. ⁊ cōmensuratō ⁊
coextensio vni⁹ ad alterū. Sz in sacramento
altaris quātitas corpis christi est actualiter
psens quātitati panis. ¶ Respōdeo negan/ Solutio.
do secundā partē maioris. qz qualibet rē sim/
pliciter absolutā deus potest ponere in esse si/
ne omni extrinseca habitudine quā illa res est
apta nata fundare respectu cuiuscūqꝫ alterius
rei create. Sed quātitas corporis christi est
quedā res simpliciter absoluta. ⁊ esse in loco
⁊ cōmensurari ⁊ coextendi ⁊ habere ordinem
partiū in loco. omnia ista dicūt quasdā extrin
secas habitudines rei locabilis respectu loci.
ergo deⁿ potest corp⁹ christi separe ab omni hu
iusmodi habitudine. ¶ Et cōfirmat. qz non Cōfirmat
min⁹ potest deⁿ separe a re locabili habitudi/
nem actualē quā naturaliter apta nata est ha
bere ad locū presente loco. qꝫ a re calefactibili
habitudinē ad calefactiuū etiā psente calefa/
ctiuo. Sed istā de facto separauit. sicut appa/
ruit de tribꝫ pueris in camino ignis. vt patet
Dani'. ij. ergo ⁊c. ¶ Ad secundū dicendum Ad.2.
q quāuis intrinsece non habere partes repu/
gnet quātitati continue. tamē nō habere partes
extrinsec⁹ in ordine ad locū. ⁊ coextēsas parti/
bus loci. ꝫ nō repugnat quātitati. ¶ Ad ter/ Ad.3.
cium dicendū q licet maior sit vera si ille due
quātitates relinquunt suo cursu naturali. ta
men si vna illarū virtute diuina separatur ab il
la habitudine actuali quā fm naturalē cursū
habet ad locū. tunc nō est simile qd in maiori
accipit p simili. sublata em illa habitudine.
tunc hec quātitas ad illā nō est compabilis.
Unde ppie loquēdo nec est equalis illi alte/
ri quātitati. nec maior nec minor. ¶ Ad qr/ Ad.4.
tum dicendū q corp⁹ christi existēs in sacra/
mento est animatū organicū. ⁊ quantū. ⁊ ha
bet partē extra partē in ordine ad totū. sz nō ī
ordine ad locū. ¶ Ad secūdā instantiā factā Solutio
contra conclusionē secundā dicendū q corp⁹ xpi secūdi pn/
fm q est in sacramēto ppie loqndo nec debet cipalis.
dici maius nec min⁹ illis speciebꝫ. qz in ordi
ne ad illas species nō habet modū qztitatiuū
nec habet ordinē partiū p comparōnez ad ta
les species. ¶ Ad tertiū dicendū q nō est in Ad.5.
cōueniēs idē p accidēs distare a seipso in qztū
est siml' cū aliqbꝫ q vere ⁊ p se distāt. Alia em
siml' existēs cū capite ⁊ cū pede pt dici p acci/
dens a seipsa distare. eo q caput ⁊ pedes vere
⁊ realiter distāt. quoꝫ in quolibet est ipsa aia
tota. Sic in ppositō ⁊c. ¶ Ad quartū dicē/ Ad.4.
dū q masticatō e sacramēti corp⁹ xpi nec diui
dit nec laniat. sed solū accidētia panis ⁊ vini
diuidunt. ⁊ ideo sicut infra dicet. sb qualibet
diuisionis pticula corp⁹ xpi integꝫ pseuerat
eo ipso em q corp⁹ xpi nō est ibi qztitatiue. nec
est illis accidētibꝫ coextensū. ideo nō diuidit
diuisione illoꝫ accidētiū. ¶ Ad quintū dicē Ad.5.
do nego minorē. Ad pbatōez dicēdū q licet
caro xpi nō psit quicqz comesta eo modo q̄ il
li iudei q̄ retro abierūt putauerūt eā esse come/
dendā. puta in corpali apparētia. q modo co
medunt carnes q̄ emunt in macello. tm vera
caro xpi sumpta cū debita reuerētia sub sacra/
mētali apparētia vere nobis pdest ad salutē
¶ Et p hoc patet ad sextuz. qz illa negatio q̄ Ad.6.
ibi dicit. nō ꝫ corp⁹ mādducaturi estis. nō est
referēda ad veritatē ⁊ realitatē corpis xpi mā
ducandi. sed ad modū manducandi quo illi
putabant christū velle dare corp⁹ suū ad mā
ducandum.

Quantū ad secūdū articulū dicēdū q licet ex vi sacramētali ver

Articulus secund⁹ Cōclusio.

boꝫ pncipaliter sub specie hostie sit substātia
corpis xpi in quā conuertit substātia ipi⁹ panis
tm concomitāter est ibi aia. ⁊ qztitas. accet. ra ac
cidētia sine quibꝫ nō habet esse corp⁹ christi.
¶ Propter qd ait augustin⁹. q qn sacrm cor
poris xpi sumit. tunc tot⁹ christ⁹ manducat.
¶ Sz quāuis a modernis doctoribꝫ istud Opio an/
cōmuniter teneat. aliq tamē antiq tenuerunt tiqua.
oppositū ist⁹ conclusionis. dicētes in sacro so/
laz esse substantiā corpis xpi. Quia fm istos 1
solū illud de xpo est sub speciebꝫ panis. in qd
fit cōuersio ipi⁹ substātie panis. sz substantia
panis pcise conuertit in substantiā corpis xpi.
⁊ nō in aliq accidētia. g ⁊c. ¶ P. corpus xpi 2
fm q habet rationē cibi spūalis sic habet esse
sub sacramēto. sz ad esse cibū sic spūalē nihil
facit quātitas. sz sola substātia. ergo ⁊c. ¶ P. 3
si corp⁹ christi esset in sacramēto sub ppa sua
quātitate. tūc homo nō reciper corp⁹ christi
quādo cōmunicat. sz consequēs fide catholica
tenem⁹ esse falsum. Probat consequtia. qz sola
panis accidētia intrarēt in os hominis ⁊ nō
corp⁹ xpi. qz os hois nō esset capax quātitatis
corpis christi. ¶ P. omis substātia qztā pter 4
vltimā speram pprie est in loco. sed corpus
christi nō est sub speciebꝫ panis vt in loco. et

go substantia corporis christi nō est ibi quā/
ta. Maior patet. quia substātia quanta est
hic ⁊ nunc. Minor etiā patet. quia qua ratō
ne esset in loco in isto altari. eadem ratione in
alijs altaribꝫ. ⁊ sic ꝛe facto simul esset in plu/
ribꝫ locis. ¶ Istā opinionē reputant aliqui
non solū falsaꝫ verū etiā impossibilē. Qr cor/
pus christi existēs sub sacramēto nō est mor
tuum sed viuū. sed impossibile est ꝙ sit viuū
nisi sit organicū ⁊ quantū. ergo ⁊c. ¶ P. illd
qd est trine dimensionis impossibile est esse si
ne quātitate ſz omis substātia corporea est tri
ne dimensionis. Maior patet. quia nihil po
test esse dimēsionatū nisi sit quantū. Probat
minor. quia si esset tantūmodo bine dimēsio
nis. tunc esset supficies. si vnꝰ tūc esset linea.
¶ P. sequeret ꝙ christꝰ esset diuisus. qr sicut
hic in sacramēto esset substātia sine quātitate
christi. sic ī celo maneret sola quātitas sine sb
stantia christi. ergo ⁊c. ¶ Sz quāuis ego iā
dictam opinionē ꝛe facto reputē esse falsaꝫ. ta
men saluo semper meliori iudicio nō puto ꝙ
sic sit simpliciter impossibilis. quin ꝛeꝰ si vel/
let posset corpꝰ christi facere pſens in altari si/
ne pſentia sue quātitatis. sicut posuit pdicta
opinio. ¶ Congruētia autē istiꝰ possibilitatꝭ
haberi potest ex his que dixi lib. iij. dist. v. ar
ticulo pmo. ¶ Illis igit hic pſuppositis ad
pſens respōdeo motiuis vtriusqz opinionis
¶ Ad primū igit istiꝰ false opinionis dicen/
dum. ꝙ licet illud in qd fit cōuersio panis sit
ibi principaliter. ex hoc tamē nō habet quin
cetera sint ibi cōcomitanter. ¶ Ad secundu
dicendū ꝙ licet quātitas nō faciat ad esse ci/
bum spiritualē. facit tamē ad hoc ꝙ christus
integer ⁊ nō diuisus vere ⁊ realiter est sub il/
lis speciebꝫ. ¶ Ad terciū dicendū ꝙ cōsequē
tia est falsa. Ad pbationē dicendū ꝙ licet os
hominis nō sit capax quātitatis corporis chri
sti accepte modo quātitatiuo. tamen bene est
capax eius sine illo modo. Cū ergo in sacra/
mento altaris corpus christi nō habeat mo/
duꝫ quātitatiuū per cōparationē ad extra. vt
dictū est in pmo articulo. ergo ⁊c. ¶ Ad qr/
tum nego maiorē. Ad pbationē dicenduꝫ ꝙ
ibi cōmittit fallacia ꝛsequentis. quia nō om
ne qd est hic est in loco pprie ⁊ per se. Sicut
em anima rationalis dicit esse ibi vbi est cor/
pus qd informat. tamē nō est in loco p se. sic
corpꝰ christi dicit esse ibi vbi sunt species pa/
nis. quāuis locū illū nō repleat. qr sola acci/
dentia panis illum locū replent ⁊ occupant.
¶ Ad primū alteriꝰ opionis dicēdū. ꝙ licet

Cōtra opinionem.
1
2
3
Modus medius.
Solutio.
Ad.1.
Ad.2.
Ad.3.
Ad.4.
Solutio alteriꝰ opinionis.
Ad.1.

fm cursuꝫ nature aīa informet corpꝰ organi/
cū ⁊ qztū in actu. tn fm ꝛe potentiā absolutā
ipa posset informare materiā actu indiuisibi
lē. organicā tn ⁊ quantā in potētia. ¶ Ad se/
cūdū dicēdū ꝙ esse trine dimēsionis pt alicui
dupliciter cōuenire. Uno modo in pmo mō
dicēdi p se. Alio modo ī secūdo. Primo mō
corpꝰ qd est ꝛe pdicamēto quātitatis est trine
dimēsionis. Secdo mō substātia corpea seu
corpꝰ ꝛe pdicamēto sbstātie dicit esse trine di
mēsionis. maxie loquēdo nō ꝛe actu sz d apti
tudine. qr ppriū est sbstātie corpee ꝙ sit apta
nata recipe trinā dimēsionē. Manēte ē illa
aptitudie posset ꝛeꝰ si vellet actualē receptōez
illiꝰ trine dimēsionis sine ꝛtradictōe suspēde
re. ¶ Ad formā igit argumēti dicēdū ꝙ loqn
do ꝛe esse trine dimēsionis pmo mō. tūc ma/
ior est vera. sz minor est falsa. sz loqndo ꝛe se/
cundo mō. tūc ecōuerso qzuis minor aliq mō
sit vera. tn maior est simpliciter falsa. ¶ Ad p/
batōez maioris dicēdū ꝙ licz illud qd ē actu
dimēsionatū sit actu qztū. tn qd est potentia
dimēsionatū nō est actu qztū: sz tantūmodo
ī potētia. ¶ Ad pbatōez minoris dicēduꝫ ꝙ
si ꝛeꝰ suspēderet illā actualē receptōnez. tunc
actu nec esset bine nec vnꝰ dimēsionis. sz po/
tius nullꝰ. licet ratōe sue aptitudinis ī poten
tia esset trine dimēsionis ¶ Ad terciū ꝛcedo
ꝛsequētiā. s. ꝙ xps esset diuisus diuisione sue
substātie a suis accidētibꝫ corpalibꝫ. Nec il/
lud ꝛseqns reputo ipossibile. qr duas res ab
solutas ꝛeꝰ pt ab inuicē separe ⁊ separatas ꝛ dua
re sine omi ꝛtradictōe. ¶ Posset etiā negari
ꝛseqntia. qr forte dicerēt illi ꝛe pma opinione
ꝙ sicut nūc credim ꝙ ꝛeꝰ faciat corpꝰ suū cū
qztitate pſens speciebꝫ sacramēti. ⁊ tn nec cor/
pꝰ suū. nec corpis qztitatē separa loco cui cō/
iunctū est ī celo. sic eadē rōne si vellet posz fa
cere substātiā corpis sui pſentē hmōi speciebꝫ
sine qztitate. ⁊ tn nō diuideret eā a quātitate
sua cui ꝛiūcta maneret in celis.

Ad.2.
Ad forma
Ad.3.

Quantū ad terciuz articulū est aduertēdū ꝙ ptes hostie pnt du/

Articulus tercius.

plicit accipi. Uno mō vt sūt ab inuicē separe
Alio mō vt ī suo toto sūt ꝛiūcte. Et fm hc po
no duas ꝛclusiones. ¶ Quaꝫ pma est ꝙ lo/
quēdo ꝛe ptibꝫ pmo mō. tūc corpꝰ xpi est in
qualibet parte totū. ⁊ ī pluribꝫ talibꝫ partibꝫ
pluries. ¶ Prima ps istiꝰ ꝛclusionis patet.
qr ab oibꝫ fidelibꝫ ꝛcedit ꝙ corpus christi est
sub qualibet illarū partiū. ergo vel totuz. vel

Conclusio prima

aliqua pars ei⁹. Si datur primū. tunc habet intentū. Si secūdū. tūc p̄m diuisionē hostie diuideret corpus christi. ⁊ per cōsequēs esset passibile ⁊ mortale. qd̄ est impiū dicere de corpore christi. ⁊ de quolibet alio corpe glorificato. ¶ Ista est intētio augustini qui ait. q̄ sicut fracto speculo imago que p̄ⁿ fuit vna in toto speculo. post diuisionē speculi est tota in qualibet parte speculi. sic diuiso sacramēto ⁊c. ¶ Est etiā ista intentio innocētij tercij. q̄ loquens de existētia corpis christi in sacramēto ait. Reor salua fide maiestatis. q̄ vbi est panis cōsecrat⁹. totū in singulis partib⁹ cōtinet. ¶ Probat etiā secūda pars p̄dicte cōclusionis. q⁹ ex diuina ordinatōne corp⁹ christi determinat ad hoc q̄ realiter p̄sens est speciebⁿ sacramēti. cū ergo partes specierū diuise fundent actualiter plures vnitates. ergo corpus christi existēs p̄sens hmōi partib⁹ pluries est eis p̄sens. ¶ Cōclusio secūda est. q̄ accipiēdo partes hostie secūdo modo. puta vt sunt cōiuncte in suo toto. tūc corp⁹ xpi est in tota hostia totū ⁊ in qualibet parte totuz. sz in hmōi partib⁹ nisi actu signent nō est pluries sed semel tantū. ¶ Primā partē istⁿ ꝯclusionis p̄bo sic. Corp⁹ xpi est sub tota quātitate panis ꝯuersi i ipm. ergo aliq̄d corpis xpi est sb̄ qualibet parte illⁿ q̄ztitatis. Antecedēs patet ex fide. Patet etiā ꝯsequētia. q⁹ ad oppositū cōsequentis sequit oppositū antecedētis. Illud ergo aliq̄d existēs sub qualibet parte. vel est totū corp⁹ xpi. ⁊ hoc est ꝓpositū. vel pars ei⁹. ⁊ tūc sequet q̄ corp⁹ christi sit extēse ⁊ quātitatiue sub sacramēto. Patet ꝯsequentia. q⁹ vbi totū est sub toto. ⁊ ps sub parte. ibi est vera extensio ⁊ coextensio. Falsitas cōsequētis patet ex p̄cedentib⁹. ¶ Probo secūdā partē istⁿ cōclusionis. q⁹ partes nulla signatōne diuise ñ habēt esse actu. ⁊ p ꝯsequēs nō fundāt distinctas vnitates actualiter. sed solū est ibi vnica vnitas actualis que est vnitas totⁿ. Sic autem est in ꝓposito. Et ideo corp⁹ christi non est ibi pluries. sz tantūmodo semel. iuxta vnitatē vnā actualiter ibi fundatā que est vnitas totius. Vñ sicut anima ratōnalis est tota in toto: ⁊ tota in qualibet parte corpis qd̄ informat. ⁊ tamē nō est pluries i illo corpe ꝓpter vnitatē totⁿ in quo habet esse primo. In partib⁹ ēm solū est vt habēt ordinem ad totum. sic in proposito ⁊c. ¶ Contra primam partem istius cōclusionis est quedā opinio que ponit. q̄ quāuis partibus sacramenti diuisis corpus christi totum sit in qualibet parte tamē partib⁹ manentib⁹ indiuisis a toto. tūc corp⁹ xpi nō est totū sub q̄libet parte. ¶ Motiua p̄ista opinione possent esse hec. Qz p̄m augustinū corp⁹ christi se habet ad partes sacramēti. sicut imago se habet ad partes speculi. sed quāuis tota imago reluceat in qualibet parte fracti speculi. tamē nō i partib⁹ integri speculi. ergo ⁊c. ¶ P. partes hostie integre iūt infinite. ergo corp⁹ christi esset i infinitis partib⁹. ⁊ per cōsequēs in vna hostia esset infinities. Cōsequētia patet. Probat antecedens. quia cōtinuū cū sit diuisibile i infinitū. oportet q̄ habeat infinitas partes. Sz hostia integra est quid cōtinuū. ergo ⁊c. ¶ P. sicut dicit p̄mo celi ⁊ mundi. deus ⁊ natura nihil faciunt frustra. sz nulla apparet maior vtilitas si totū corpus christi ponat sub qualibet parte. q̄z si totum ponat tantūmodo sub tota hostia. ergo hoc frustra poneret. ¶ P. si totū corpus christi esset sub qualibet parte. tūc quelibet pars corpis christi esset simul cū qualibet alia parte corpis christi. Cōsequentia patet. Sed vt aliqui dicūt cōsequēs est falsuz. q⁹ sequeret partiū corpis christi ꝯfusio. q⁹ caput misceret simul cū pede. ¶ Sed his nō obstātib⁹ teneo predictā cōclusionē. q⁹ magis videtur esse cōformis dictis sanctoz. Dicit ēm beat⁹ hilari⁹. q̄ vbi est pars corpis christi. ibi est totū. Demōstrata igit aliqua parte hostie cōsecrate. petat ab istis. vtrū in illa parte integre hostie sit aliquid corpis christi. vel nihil. Si dixerint q̄ nihil. hoc esset cōtra fidē. Si aliquid. tūc vel hoc erit pars. vel totū. Si totum. habet ꝓpositū. Si pars itez habet propositū autoritate hilarij iā dicta. ¶ P. isti ponunt totū corp⁹ christi esse in parte separata. sz nihil est in parte separata de corpe christi qd̄ ñ fuerit in eadē parte priusq̄z separet. q⁹ p separationem nihil de corpe christi generat de nouo in parte illa. Nec etiā ꝓpter separationez cetere partes corpis christi mouent ad illā partē hostie que separat a toto. Ergo ex his q̄ isti ponunt necesse est eos dicere totuz corp⁹ christi esse etiā in parte cōiuncta. ergo ⁊c. ¶ Et per hꝰ patet ad primū argumentū. q⁹ diuiso speculo ꝓpter multitudinē disiunctarū superficiez factaz ex illa diuisione fiūt ab eodē obiecto plures reflexiones sup illas distinctas supficies ⁊ per cōsequens generant distincte ⁊ plures imagines. vbi primo solum generabat vna imago propter vnicā reflexionē factā ab vno obiecto super vna superficie ipsⁿ integri speculi. Vñ si nihil de nouo generaret i ptib⁹ fracti

Cōclusio secūda.

Opio contraria.

Cōtra opinionem. 1

1

2

3

4

2

Solutio. Ad. 1.

speculi qd primo nō fuit genitū quādo speculum erat integrū. tūc in partibꝫ diuisis nō apparerent plures imagines qz primo cū speculū erat integrū. Sed vt dictū est ex diuisione partiū hostie nō generat de nouo corpꝰ christi. nec etiā de nouo aliquid cōuertit in ipsuz sicut ante factū est per sacerdotis benedictōez ergo rc. ¶ Ad secundū dicēdū q ipa hostia
Ad.2. potest dupliciter cōsiderari. Uno modo vt ē naturale accidēs aptū natū informare substātiam. Alio modo mathematice puta pcise ipsam cōsiderādo vt est quedā res ꝛtinua. Primo modo nec habet partes infinitas. nec est diuisibilis in infinitū. qz sicut est dare minimū os ꝛ minimā carnē. sicut dicit in de generatōne. ꝛ pmo phisicoꝝ. sic etiā i specie panis est dare minimū. puta tale q li vltra diuideretur. in ipo nō saluaret species panis. Sic eōdem modo in hostia vt est accidēs panis. est dare minimū. Si aūt accipit secūdo mō. tūc est diuisibilis in infinitū. Cū ergo corpꝰ christi sit sub illis accidentibꝫ put in eis relucet apparētia panis. ꝛ nō pcise vt est ibi quātitas cōtinua. qz dato q maneret ibi eadē qztitas. ꝛ omia alia naturalia accidētia mutarent. nō maneret corpꝰ christi sub illa mathematica quātitate. ideo posito q corpꝰ christi sit sub q libet parte hostie loquēdo d partibꝫ pmo modo dictis. de quibꝫ semp debet intelligi cū dicitur esse in partibꝫ. ppter hoc nō sequit q sit in infinitis partibꝫ. Atiā non sequit q sit ibi infinities. imo nec pluries. sed tantūmodo semel fm vnitatē totiꝰ. vt superiꝰ est declaratū.
Ad.3. ¶ Ad terciū nego minorē. qz ponēdo corpus christi totū esse sub qualibet parte integre hostie. saluant multe veritates quas sancta mater ecclesia tenet de isto sacramēto. Istud em ponēdo saluamꝰ corpꝰ christi nō esse extēsum extēsione hostie. nec p cōsequēs diuidi diuisione hostie. quoz oppositū sequeret. si totuz corpꝰ christi esset sub tota hostia. ꝛ pars sub
Ad.4. parte. Ex q apparet q minor est falsa. ¶ Ad quartū dicendū q partes corpis christi esse i eodē situ potest dupliciter intelligi Uno modo in ordine partiū ad locū. Alio modo i ordine partiū ad totū. Primo modo simul habent esse. illo em ordine nec distinguit i sacramento caput a pede. nec ecōuerso. Sz secundo modo nō sunt siml in eodē situ seu positione. sz sunt ordinatissime distincte.

Articulus quartus. **Quātū ad quartuz** articulū est aduertēdū q corpꝰ christi mouēri potest intelligi dupliciter. Uno modo p se Alio modo p accidēs. ¶ Itē moueri ad motū hostie potest intelligi dupliciter. Uno modo causaliter. ita. s. q mouēs hostiā sit causa motꝰ corpis christi. Alio modo nō causalit. sed solū cōcomitanter. Et fm hoc pono quatuor cōclusiones ¶ Prima est q quādo mouet hostia. corpꝰ christi aliquo modo mouet Quia perdēs respectū realis psentialitatis nō ex mutatōe illiꝰ cui est psens. hoc aliquo modo mutat seu mouet. accipiendo moueri large p qualitercūqz mutari. sed quādo mouet hostia sub qua est corpꝰ christi. ipm corpꝰ xpi perdit respectū realis psentie quē fundauit respectu loci in quo fuit hostia anteqz moueret nō ex mutatōe illius loci. ergo rc. Maior patet. qz si a est realiter psens ipi b. ꝛ huiusmodi psentialitas perdit sine recessu ipsiꝰ b ab a. sequit necessario q hoc pcise cōtingat ppter recessum ipsiꝰ a ab ipo b. Minor etiā patet qn tum ad omes suas partes. ¶ P. illud qd ac- 2
quirit respectū noue psentie ad aliquē locū sine aduentu illiꝰ loci ad ipm. ac sine cōuersione alicuiꝰ in ipm. hoc aliq modo mouet ad illum locū. Sz corpꝰ christi acquirit nouū respectū realis psentie respectu illiꝰ loci ad quez terminat motꝰ ipsiꝰ hostie sine aduentu vel trāsitu illiꝰ loci ad ipm. fit em corpꝰ christi realiter psens illi loco. dato q ille locꝰ immobilis pseueret. Si em nō fieret illi loco realiter psens. tūc hostia cōsecrata esset alicubi vbi nihil esset de corpe christi. Etiā ex motu ipiꝰ hostie nihil de nouo ꝛuertit in corpꝰ xpi. qz talis cōuersio nō fit sine sacerdotis benedictōne. q benedictio nō iterat ppter motū ipsiꝰ hostie. ergo rc ¶ P. omē qd desinit esse vbi priꝰ erat 3
ꝛ incipit esse vbi priꝰ nō erat. hoc aliquo modo mouet. sed mota hostia tunc corpꝰ christi desinit esse vbi priꝰ erat. ꝛ incipit esse vbi priꝰ nō erat. ergo rc. Maior videt esse nota de se. Minor patet ex pdictis ¶ Forte cōtra istaz Instantia
ꝛclusionē dicetur. si esset vera. tunc idez siml moueretur contrarijs motibus. quia simul vna hostia potest moueri sursum. ꝛ alia deorsum. ¶ P. idem corpus christi simul mouere 2
tur ꝛ quiesceret. Consequētia patet. quia vna hostia quiescente quādoqz alia hostia mouēri potest ¶ P. illud qd nec generatur nec corrumpit. nec auget nec minuit. nec alterat. et manet in eodē loco. hoc nullo modo mouet. 3
Sed corpus christi nec generat nec corrumpit. nec auget nec diminuitur. nec alteratur.

& in celis manet ī eodē loco dū hostia mouet. ergo mota hostia. corp⁹ christi nullo mō mouet. Maior patet p sufficientē acceptionem omniū specierū motus. siue motus accipiatur ppie siue large. s. p indiuisibili mutatōne. q̄ modo aresto. in pdicamentis tā generationē q̄ corruptionē appellat motū. Minor etiam nota est q̄tū ad omes suas ptes. ¶ Ad primū dicendū q̄ vt cōmuniter dicit aliq̄d simul moueri sursum & deorsum per accidēs nullā implicat repugnantiā. qd nō est dubiū referendo mot⁹ tales in diuinā potentiā. q̄ mot⁹ nō habēt ad inuicē repugnantiā nisi put termini ipsorū motuū ad inuicē repugnatiā habēt. Sed vt patet ex dictis in pcedenti questiōe. vbi sursum. & vbi deorsum. quāuis nō naturaliter. diuina tamē virtute possunt simul eidem cōpetere. Cū ergo corp⁹ christi ad motū hostie nō moueat per se. sz solū p accidēs. vt patebit in secūda cōclusione. nec cōpetat sibi virtute naturali sz diuina. vt patebit in secūda & tercia cōclusione. ideo &c. ¶ Et eodē modo dicendū est ad secundū. ¶ Ad terciū dicendū q̄ maior nō est vera. supposito q̄ sit ī alio loco q̄ in illo in quo quiescit. quia hoc posito. tūc nō obstante q̄ quiescat in vno loco. potest moueri in alio loco. vt patet ex pcedenti q̄stione in solutōe octaua argumēti facti cōtra articulū primū. ¶ Secūda cōclusio est. q̄ corpus xpi. put est in sacramēto nō mouet per se sz solū per accidēs. Quia mot⁹ fīm locū d̄ quo semp ad pīsens loquor nō potest p se cōpetere ei qd per se nō est in loco. sz corp⁹ christi put est in sacramento nō est per se in loco. cū sua quāntate nihil occupet de loco. vt patet ex pcedentib⁹. ergo &c. ¶ P. corpus qd p se mouetur de vno loco ad aliū. hoc cōmensurat medio per qd trāsit. sed quādo corp⁹ christi mouetur ad motū hostie. tūc nō cōmensurat alicui spacio medio. cū nō sit quātitatiue ī sacramento. ergo &c. ¶ Forte dicet cōtra cōclusionē istā sic. Oē qd mouetur p accidens ad motū alicui⁹ qd mouet p se. vel est in eo sicut pts in suo toto. vel sicut forma ī materia seu sb iecto. vel sicut locatū in loco. vl' sicut motor in eo qd p ipm mouet. puta sicut nauta ī nauī. sed corp⁹ christi nullo istorū modorū est in hostia. ergo nō mouet p accidens ad motū hostie. ¶ Respondeo q̄ licet maior sit vera quādo motū per accidēs mouet causaliter ex motu illi⁹ qd mouet per se. tamē nō est vera quādo motū per accidens solū cōcomitanter mouet cū illo qd mouet p se. Sic autē est in ppositio. vt patebit īmediate. ¶ Est ergo tercia cōclusio. q̄ mota hostia corp⁹ christi nō mouet ab aliqua pura creatura mouēte ipam hostiā. Quia illud qd actiue non attingit aliq̄d hoc nō potest ipm mouere. sz vir⁹ creata mouēs hostiā nō attingit corp⁹ christi vt existit sub sacramēto. ergo &c. Maior patet p arestotel. in de generatōe & corruptōe. Minorē pbo. q̄ nulla vir⁹ creata attingit aliqd corp⁹ actiue qd nō est sibi localiter approximatū. sz corp⁹ xpi vt est in sacramēto nō ē alicui virtuti create localiter approximatū. q̄ nō est ibi localit. vt superi⁹ dictū est. ergo &c. ¶ Forte dicet cōtra istud sic. Anima ipsi⁹ christi potest mouere corp⁹ xpi vt est in sacramēto. sz anima christi est creatura. ergo vir⁹ creata potest mouere corp⁹ christi vt est sub sacramēto. ¶ P. supposito q̄ corp⁹ christi fuisset reseruatū in pixide quādo vulnerabat in cruce. vel vulnera q̄ recepit in cruce recepissz in pixide. vl' nō. Sic tūc existēs sub sacramēto mouebat a virtute creata que intulit illa vulnera. Si nō: tūc idē corp⁹ simul fuisset cōtinuū & discōtinuū. q̄ in cruce fuit discōtinuū. q̄ vulneribꝫ pforatū. & in pixide mānsisset cōtinuū. q̄ nō fuisset pforatū. ¶ P. mouēs aliquā rem mouet omē illud qd est in illa re. sed corp⁹ christi est ī hostia. ergo mouēs hostiā mouet corp⁹ xpi. ergo &c. ¶ Ad primū dicendū q̄ christ⁹ nō est pura creatura. cū sit de⁹ & hō. ideo da q̄ xps p animā suā moueat corp⁹ suū. hoc tamē n erit cōtra istā cōclusionē que posita est de pura creatura. ¶ Itē anima christi nō mouet hostiā. cōclusio aūt ponit de pura creatura mouente hostiā. ¶ Ad secundū dicendū q̄ hoc posito tūc corp⁹ christi existēs in pixide sub hostia fuisset vulneratū & discōtinuatū. nec hoc esset cōtra cōclusionē. quia vulnerās christū ī cruce nō fuisset motor hostie. ¶ Forte dicet q̄ illud repugnat dictis pcedentib⁹. ¶ Primo quia dictū est supra q̄ corpus christi non est extense seu quātitatiue sub hostia. sz nihil potest vulnerari vel discōtinuari nisi extense et quātitatiue se habeat. ergo &c. ¶ Secūdo q̄ virtus nō attingēs aliqd corp⁹ nō potest ipsum vulnerare nec discōtinuare. sed nlla virtus creata attingit corp⁹ christi vt est sub sacramento. vt dictū est in pbatione minoris adducte p ista tercia cōclusione. q̄ &c. ¶ Ad primū dicendū q̄ aliquid potest dici se habere non extense vel nō quātitatiue dupliciter. Vno modo ppter omimodā negatōez partium tam in ordine ad locū q̄ etiam in ordine

Solutio. Ad. 1.

Ad. 2.

Ad. 3.

Cōclusio secūda.

1

2

Instantia 1

Solutio.

Tercia cōclusio.

1

Instantia 1

2

3

Solutio Ad. 1.

Ad. 2.

Instantia 1

2

Solutio. Ad. 1.

ad totũ. Alio modo nõ ꝓpter omimodã negationẽ partiũ. sz solũ ꝓpter negationẽ partium i ordine ad locũ Primo modo maior est falsa. qz corpꝰ existẽs in sacramẽto est in se vere extensuz. quãuis ñ sit alicui ꝯtinẽti extrinsecus coextẽsium. ⁊ habet vere ⁊ realiter partẽ extra partẽ in ordine ad totũ. quãuis nõ habeat partẽ extra partẽ in ordine ad locũ. Sz secũdo modo tũc minor ñ est vsqzquaqz ꝗa. qz eo modo quo aliqd ꝯtinuũ habet ꝑtes. eo modo ꝑ diuisionẽ partiũ ꝑt discõtinuari. qz si habet ꝑtes ꝑr cõparationẽ ad intra ⁊ ad extra. tũc vtroqz mõ poterit discõtinuari. Si aũt hz ꝑtes i ordine ad intra ⁊ nõ i ordie ad extra. tũc vt sic poterit discõtinuari in se sine exteriori apparẽtia. Cũ ergo corpꝰ xpi in cruce habuerit ꝑtes tã in ordine ad totũ qz in ordine ad locũ. ideo vtroqz modo. s. intrinsece ⁊ extrinsece fuit discõtinuatũ in cruce. Si aũt ꝑ tunc fuisset sacramẽtaliter in pixide. qz ibi habuisset ꝑtes intrinsece pura i ordine ad totũ. ⁊ nõ extrinsece. s. in ordine ad locũ. ideo vere fuisset intrinsece discõtinuatũ in pixide. qz/uis nõ extrinsece. qz distantie partiũ intrinsece nõ corespõdisset distantia partiũ extrinsece in corpe ꝯtinente. ¶ Ad secundũ dicendũ ꝙ licet illa maior sit vera posito ꝙ illa virtus nullo modo attingat hmõi corpꝰ. puta nec h nec alibi. tamẽ ñ est vera si alicubi ipm attingit. ¶ Et tũc ad minorẽ dicendũ ꝙ casu ꝑdicto posito licet tũc virtꝰ seu potẽtia crucifixoris nõ attigisset corpꝰ xpi primo vt in pixide vel vt fuisset sub sacramẽto. tamẽ vere attigit ipm vt fuit in cruce. Per quẽ attactũ primo fuit vulneratũ ⁊ discõtinuatũ in cruce. ⁊ ꝑ cõsequẽs fuisset discõtinuatũ in pixide. ¶ Forte adhuc dicet. ꝙ ex his habet ꝙ licet nõ ꝑmo tamẽ ex ꝯsequẽti virtꝰ creata attingat corpus xpi. put existit i sacramẽto ¶ Dicẽdũ ꝙ istud est verũ supposito ꝙ corpꝰ xpi esset mortale ⁊ passibile sicut fuit in cruce. sz nõ est vez. put nũc loquimur de corpe christi. puta vt habet esse glorificatũ ⁊ imortale. quia vt sic non est subiectũ actõi alicuꝰ virtutis create in sua reali existẽtia. nec ꝑ ꝯsequẽs in sua sacramentali existẽtia ¶ Ad tercũ dicendũ ꝙ maior nõ est vera quãdo aliqd sic est in re mota. ꝙ nec est forma eiꝰ. nec pars eiꝰ. nec aliqua necessitate sue ponderositatis innitit ei. sz solũ ꝯiungitur ei quadã libera volũtate ad hmõi cõiunctionẽ libere ⁊ ꝯtingenter se habente. Sz corpus christi ꝯiungit hostie ex sola libertate voluntatis diuine. ideo maior i ꝓposito ẽ falsa.

Instantia

Solutio.

Solutio tercie rõis

¶ Quarta cõclusio est ꝙ quãdo hostia moueꝯ. tũc corpꝰ christi moueꝯ a virtute diuina Quia omne qd moueꝯ. vl' moueꝯ a virtute creata. vl' diuina. sz mota hostia aliq̃ modo moueꝯ corpus xpi. ⁊ nõ a virtute creata. ergo ⁊c. Maior patet ꝑ sufficientẽ diuisionẽ. ⁊ Dior etiã patet ex ꝑma ⁊ tercia ꝯclusione istiꝰ quarti articuli. ¶ Forte dicet ꝙ si ista ꝯclusio ẽ vera. tũc quotienscũqz eucharistia portat d loco ad locũ: totiẽs ꝯtinget nouũ miraculũ. Consequẽtia patet. qz illud dicit fieri miraculose. qd nõ potest fieri nisi specialiter ꝯcurrẽte diuina operatõe. sz stante ꝑdicta ꝯclusione. tũc hostia nõ potest moueri nisi specialiter ꝯcurrente diuie virtutis opatione. ergo ⁊c. ¶ Dicendũ ꝙ appellãdo hoc miraculũ ad qd non sufficit sola virtꝰ creata. tũc ꝯcedo ꝙ in ꝓposito fieret semp miraculũ quãdo moueꝯ eucharistia. Quia tñ isto modo nimis large accipit miraculũ. nã sic loquẽdo tũc hois natiuitas in vtero semper fieret cũ miraculo. eo ꝙ nõ possit fieri sine speciali actõne diuina qua creat ratõnalis aia. ideo nego ꝯsequẽtiã. Ad ꝓbationẽ nego maiorẽ. qñ diuina opatio cõcurrit modo ꝯsueto sicut iã apparuit de ꝯceptione hois. Cñ ꝑt dici ꝙ ibi nõ est nouũ miraculũ. sz quasi antiq̃ determinatio diuie voluntatis. Deꝰ em eadẽ volũtate qua instituit eucharistiã determinauit ꝙ corpꝰ xpi esset presens omi loco in quo post ꝯsecratõez ponit ipa hostia. ¶ Ad argumentũ principale dicendũ ꝙ maior nõ est vera. qñ ꝯtentũ nõ coextendit ꝯtinenti. nec se habet modo qztitatiuo. sicut est in ꝓposito.

Cõclusio quarta.

Instantia

Solutio

Ad principale argu.

¶ Distinctio vndecima.

Si vero que ritur. Postq̃z mgr superi determinauit de istiꝰ sacramẽti differenti sumptõne. in ista parte determinat de eiusdẽ sacramẽti ꝯfectõe ꝑcedẽti ¶ Circa qd est aduertẽdũ ꝙ in ista mirabili ꝯfectõe sunt attendẽda tria sãtis mirabilia. nã in corpꝰ et sanguinẽ xpi cõuertit panis ⁊ vini substãtia. sine sbiecto remanẽt accidẽtia. ⁊ hec fiũt ꝑ verba a sacerdote ꝯsecrãte ꝓlata. ⁊ sm h̃ reliqua materia istiꝰ benedicti sacramẽti ad ꝑsens diuidit in tres ꝑtes. qz ꝑmo mgr determinat de ista admirãda ꝯuersione. Secũdo de accidẽtiũ sine subiecto manentiũ sepatõe. Tercio de ꝯsecrãtis qualitate ⁊ ꝯditõe. Sedã dist. xij.